BVLLES
DES
SOVVERAINS PONTIFES,

ACCORDEES A LA PRIERE DES ROYS de Sicile, & de France, comme Comtes de Prouence, Fondateurs & Patrons du Conuent Royal de Sainte Magdelaine, de l'Ordre des FF. Prescheurs Reformez, de la ville de Saint Maximin, & de la Sainte Baume en Prouence. Par lesquelles ledit Conuent, la ville & le territoire dudit Saint Maximin sont exemptez de la Iurisdiction de l'Archeuesque d'Aix, & de tous Ordinaires, & soûmis au Prieur dudit Conuent, comme Vicaire Apostolique & Ordinaire de ladite ville & son territoire.

Ensemble plusieurs Pieces, & Actes justificatifs de la possession & joüissance dans laquelle est ledit Prieur depuis l'an 1294.



A PARIS,
CHEZ CHRISTOPHLE IOVRNEL, Ruë Saint Iacques, vis-à-vis la porte des Charniers Saint Seuerin, à l'Enseigne du petit Saint Iean.

M. DC. LXVI.



PREMIERE BVLLE de Boniface VIII.

Par laquelle il donne permiſſion à Charles II. Roy de Sicile, & Comte de Prouence, qui auoit trouué les Reliques de Sainte Magdelaine, d'eriger au lieu de Saint Maximin vn Prieuré de l'Ordre des FF. Preſcheurs, qu'il exempte de la Iuriſdiction de l'Abbé, & Conuent de Saint Victor de Marſeille, duquel ledit Prieuré de Saint Maximin dependoit; enſemble de la Iuriſdiction de tous Ordinaires, & le met immediatement ſous la protection du Saint Siege Apoſtolique. Ladite Bulle donnée en 1294. le premier an de ſon Pontificat, adreſſée au Roy.

BONIFACIVS Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei, Chariſſimo in Chriſto Filio Carolo Regi Siciliæ Illuſtri: Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Ob tuorum excellentiam meritorum, quibus Regalis ſublimitas dignoſcitur inſignita, non indignè petitiones tuas, quantum cum Deo poſſumus, libenti animo exaudimus: Illas præcipuè, quæ cultus diuini Nominis augmentum reſpicere dignoſcuntur. Sanè habet tua inſinuatio, facta nobis, quod ob magnæ deuotionis affectum, quem ad B. Mariam Magdalenam geris internè, in Eccleſia Sancti Maximini Ordinis FF. Prædicatorum Aquenſis Diœceſis, tunc ad Monaſterium Sancti Victoris Maſſilienſis Ordinis Sancti Benedicti immediaté ſpectante, in quâ eſt corpus dictæ Sanctæ reconditum, cultum diuini Nominis adaugeri deſideras, & in honorificum eiuſdem Sanctæ præconium per celebre miniſterium ſolemniùs deſeruiri; propter quod deuotiùs ſupplicaſti, quod Eccleſiam ipſam, cum domibus & officinis, ac vacuis aliis ſibi coniunctis, nec non Theſauro, Reliquijs, ornamentis Eccle-

ſiaſticis, & oblationibus eidem Eccleſiæ prouenturis, pro execu-tione tam laudandi propoſiti, per quod huiuſmodi tuum deſide-rium efficaciùs, & liberiùs adimplere valeas, ad hoc deputare miniſterium, de Apoſtolicæ poteſtatis præſidio dignaremur. Nos igitur attendentes, quod Tu eximiam deuotionem à Te habi-tam ad præfatam Sanctam, ex eo præcipuè per operis euiden-tiam oſtendiſſe dignoſceris, quod olim, dùm incertus exiſteret locus, vbi ſepultum fuerat corpus ipſum, ad illud inquirendum, & inueniendum, efficax ſtudium impendiſti, & tandem eodem inuento ipſum in dictâ Eccleſiâ feciſti cum debitâ deuotione ac reuerentiâ, conueniente ad hoc, Cleri, & populi partium illa-rum copioſâ multitudine, tumulari: Ac intendentes in hâc parte fauorabiliter annuere votis tuis, præcipuè cum de prædictis mul-ta, fide viderimus oculatâ, præfatam Eccleſiam, cum domibus, Officinis, & vacuis aliis ſibi coniunctis, nec non Theſauro, Re-liquiis, ornamentis Eccleſiaſticis, ac omnibus oblationibus eidem Eccleſiæ prouenturis, ſic ad præfatum miniſterium ſpecialiter deputamus, vt licentiam habeas Prioratum inibi de Ordine Fra-trum Prædicatorum, ſub ipſius Ordinis approbatâ obſeruantiâ regulari, cum illo Fratrum numero, qui tibi expedire videbitur ordinandi. *Nos enim ipſam Eccleſiam cum prætactis pertinentiis ſuis, ac Prioratum, vt præmittitur inibi ordinandum, in ius, & proprieta-tem, ac protectionem Beati Petri, & Apoſtolicæ Sedis recipimus, & ipſos ab omni poteſtate, Iuriſdictione, & dominio dicti Monaſterij, ac Abbatis, & Conuentus eiuſdem, & quorumlibet aliorum Ordinariorum, perpetuò ex certâ ſcientiâ duximus eximendos.* Amplius Tibi præſen-tium authoritate conceſſo quod Prior qui præerit in Prioratu prædicto pro tempore, ad Tuæ requiſitionis, & informationis inſtantiam, correctionem & reformationem in loco ipſo facere teneatur: Nonobſtantibus quibuſcumque Priuilegiis ab Apoſto-licâ Sede, ſub quâcumque formâ verborum Ordini Prædicato-rum præfato conceſſis, quæ huic noſtræ deputationi, receptioni, exemptioni, & conceſſioni fortaſſis obſiſterent; Etiamſi oporteret de illis expreſſam, vel de verbo ad verbum præſentibus fieri men-tionem. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ deputationis, receptionis, exemptionis, & conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præ-ſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Pe-tri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani octauo idus Aprilis, Pontificatus noſtri, Anno primo.

SECONDE

SECONDE BVLLE du meſme Pape Boniface VIII.

Par laquelle, ſur la demande à luy faite par le meſme Roy Charles II. Il luy accorde l'eſtabliſſement d'vn Prieur audit Conuent de Saint Maximin, qu'il met de nouueau ſous la protection du Saint Siege, auec le lieu de la Sainte Baume; l'exempte de la Iuriſdiction de tous Ordinaires, & notamment de l'Archeueſque d'Aix: donne audit Prieur la charge des ames, qu'il luy permet de faire adminiſtrer par des Preſtres Seculiers, independemment des Ordinaires, & amobiles à la volonté dudit Prieur; ſans obligation d'en rendre aucun compte. Et par la meſme Bulle, ledit Roy Charles eſt declaré Fondateur & Patron dudit Conuent, auec pouuoir d'en confirmer le Prieur. Elle eſt de la meſme année 1294. adreſſée au Roy au termes ſuiuans.

BONIFACIVS Epiſcopus, Seruus Seruorum Dei, Chariſſimo in Chriſto Filio Carolo Regi Siciliæ Illuſtri: Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Deſideriis tuis in his libenter annuimus, per quæ ſummi Regis reddaris cōſpectui gratioſus tibique ſalutis proueniat incrementum. Nuper ſiquidem ex inſinuatione Regiâ intellecto, quod ob magnæ deuotionis affectum, quem ad Beatam Mariam Magdalenam geris in Eccleſiâ Prioratus Sancti Maximini Ordinis Fratrum Prædicatorum, tunc ad Monaſterium Sancti Victoris Maſſilienſis Ordinis Sancti Benedicti immediatè ſpectantis, in quâ eſt corpus dictæ Sanctæ reconditum affectabas cultum Diuini Nominis adaugere, & in honorificum eiuſdem præconium percelebre miniſterium ſolemniùs deſeruiri: Nos intendentes in hâc parte fauorabiliter annuere votis tuis, Eccleſiam & Prioratum prædictos, cum domibus, officinis, & vacuis aliis ſibi coniunctis, nec non Theſauro, Reliquiis, Ornamentis Eccleſiaſticis, ac omnibus oblationibus eidem Eccleſiæ prouenturis, ſic per

alias litteras nostras tibi directas, pro executione tam laudandi propositi duximus deputandos, quod in loco ipso Prior & decens Conuentus Fratrum eiusdem Ordinis Prædicatorum, per quos ibidem perpetuò sub ipsius Ordinis Fratrum Prædicatorum obseruantiâ diuinis insistatur laudibus ordinentur, prout tibi visum fuerit expedire: *Dictumque locum cum domibus & aliis supradictis, & personas inibi ordinandas in Ius, & proprietatem, ac protectionem Beati Petri, & Apostolicæ Sedis recipimus: illum ab omni iurisdictione Abbatis, & Conuentus dicti Monasterij, ac venerabilis Fratris nostri Archiepiscopi Aquensis, qui nunc est, & pro tempore fuerit, ac quorumlibet Ordinariorum aliorum perpetuò eximentes, prout in prædictis litteris pleniùs continetur.* Nunc autem ad præsentationem tuam de Dilecto filio Fratre Guillelmo de Toneux prædicti Ordinis Fratrum Prædicatorum professore præsentialiter nobis factam, eundem Fratrem Guillelmum in Priorem instituimus dicti loci Authoritate Apostolicâ, statuentes vt idem Prior pro Conuentu inibi ordinando, illum numerum Fratrum Professorum dicti Ordinis, qui tibi expedire videbitur assumere valeat, & illos in loco collocare prædicto, ijdemque Fratres qui sic assumpti fuerint, teneantur prædicto Fratri Guillelmo & successoribus suis tanquam Prioribus suis in omnibus obedire, nec ijdem Prior aut successores eius qui pro tempore in eodem loco fuerint assignati, sine tuo consensu ab officio administrationis eiusdem loci absolui valeant. Quodque locus qui nunc Prioratus existit, vbi pænitentiam dicta sancta egisse dicitur, & qui Balma vulgariter nuncupatur, in concessione tibi facta per alias prædictas nostras litteras sit inclusus, & pari cum cæteris in ipsâ concessione contentis, exemptionis priuilegio gaudeat, & eisdem conditionibus censeatur. Electio vero Prioris ipsius loci, quotiens opus erit, ad dictos Conuentum, ac eius confirmatio ad Prouincialem Priorem, vel ad Magistrum dicti Ordinis Prædicatorum pertineant: eo modo videlicet, quod post electionem celebratam ab ipsis de Priore, ijdem Conuentus tuum assensum requirere teneantur, & si illum super hoc præstare nolueris, possint procedere ad electionem aliam faciendam; nec aliqua electio quam de Priore in loco ipso celebrari continget, præsentari superiori, seu confirmari valeat, nisi tuus assensus primò super hoc requisitus fuerit, & obtentus: *& quod eidem Priori suisque successoribus habitatorum villæ dicti loci Sancti Maximini, & illùc aduenientium, quandiu ibi fuerint, cura immineat animarum, quæ per se;*

culares Presbiteros idoneos instituendos, & destituendos per ipsum quotiens viderit opportunum, valeat exerceri, quibus ijdem Prior & Successores eius teneantur in vitæ necessariis congruè prouidere: Et quod ratione dictæ curæ, Prior seu presbyteri supradicti Iurisdictioni Diœcesani in nullo penitus sint subjecti, nec teneantur sibi vel alij reddere rationem: Quodque præfati Prior & Conuentus, *cum ad prædictum locum accedere personaliter te continget, Te tanquam verum Patronum ipsius loci recipere processionaliter teneantur.* Nonobstantibus quibuslibet eiusdem Ordinis Prædicatorum, seu quarumcumque personarum contrariis constitutionibus, Ordinationibus, seu Statutis, vel Priuilegiis, quæ præmissis vel eorum alicui possent in aliquo obuiare; etiamsi oporteret de illis expressam, vel de verbo ad verbum præsentibus fieri mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ institutionis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani septimo idus Aprilis, Pontificatus nostri Anno primo, & in replicato habetur. Registrata capitulo cx.

Les deux Bulles suiuantes n'ayant esté receuës de Prouence qu'aprés l'impression des autres qui les suiuent, l'on n'a pû leur donner le titre de troisiéme & quatriéme.

AVTRE BVLLE DV MESME PAPE Boniface VIII. adressée à l'Euesque de Marseille.

Par laquelle il commet l'Euesque de Marseille, tant pour l'execution des deux Bulles precedentes: à la charge des exemptions portées par lesdites Bulles, qu'il accorde de nouueau: que pour mettre en possession des Prieurez de S. Maximin, & de la Sainte Baume; l'Euesque de Sisteron nommé par le Roy à cét effect. Elle est de la mesme année 1295.

BONIFACIVS Episcopus, Seruus Seruorum Dei, Venerabili Fratri Episcopo Massiliensi: Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ob excellentiam meritorum, quibus Charissimi

in Christo Filij nostri Caroli Siciliæ Regis illustris sublimitas dignoscitur insignita, petitiones ipsius Regis, quantum cum Deo possumus, libenti animo exaudimus: illas præcipuè quæ cultus diuini Nominis augmentum respicere dignoscuntur. Sanè habuit nuper eiusdem Regis insinuatio facta nobis, quod ob magnæ deuotionis affectum, quem ad B. Mariam Magdalenam gerit internè, in Ecclesia Prioratus Sancti Maximini, Ordinis Fratrum Prædicatorum Aquensis Diœcesis, olim ad Monasterium Sancti Victoris Massiliensis Ordinis Sancti Benedicti immediatè spectantis, in quâ est corpus dictæ Sanctæ reconditum, affectabat cultum diui Nominis adaugeri, & in honorificum eiusdem præconium per celebre ministerium deseruiri. Nos intendentes votis ipsius Regis annuere fauorabiliter in hâc parte, prædictos Ecclesiam & Prioratum, cum domibus, officinis, & vacuis aliis sibi coniunctis, nec non Thesauro, Reliquiis, Ornamentis Eccesiasticis, ac omnibus oblationibus eidem Ecclesiæ prouenturis, sic per alias litteras nostras eidem Regi directas, pro executione tam laudandi propositi duximus deputandos, vt in loco ipso Prior & dictus Conuentus Fratrum eiusdem Ordinis Prædicatorum, per quos ibidem perpetuò, sub ipsius Ordinis obseruantiâ diuinis insistatur laudibus, ordinentur prout ipsi Regi visum fuerit expedire: *Dictumque locum cum domibus, & aliis supradictis, & personas inibi ordinandas, in ius, & proprietatem, ac protectionem B. Petri, & Apostolicæ Sedis recipimus, illum ab omni iurisdictione Abbatis, & Conuentus dicti Monasterij, & venerabilis Fratris nostri Archiepiscopi Aquensis qui nunc est, & pro tempore fuerit, ac quorumlibet Ordinatorium aliorum, perpetuò eximentes*, prout in prædictis litteris pleniùs continetur. Demum verò ad præsentationem præfati Regis de dilecto Filio Fratre Guillelmo de Toneux prædicti Ordinis FF. Prædicatorum Professore præsentialiter nobis factam, eundem Fratrem Guillelmum in Priorem instituimus dicti loci, Authoritate Apostolicâ: statuentes vt idem Prior pro Conuentu inibi ordinando, illum numerum Fratrum professorum dicti Ordinis, qui præfato Regi expedire videbitur, assumere valeat, & illos in loco collocare prædicto: Iidemque Fratres qui sic assumpti fuerint, teneantur prædicto Fratri Guillelmo, & successoribus suis, tanquam Prioribus suis in omnibus obedire: nec iidem Prior aut successores eius, qui pro tempore in eodem loco fuerint assignati, sine Regis prædicti consensu, ab officio administrationis eiusdem loci absolui valeant, quodque locus qui nunc

Prioratus existit, vbi pœnitentiam egisse dicitur dicta Sancta, & qui Balma vulgariter nuncupatur, in concessione factâ præfato Regi per alias prædictas nostras litteras sit inclusus, & pari cum cæteris in ipsâ concessione contentis, exemptionis Priuilegio gaudeat, & eisdem conditionibus censeatur: Electio verò Prioris ipsius loci, quoties opus erit, ad dictos Conuentum, ac eius confirmatio ad Prouincialem Priorem, vel ad Magistrum prædicti Ordinis Prædicatorum pertineant: Eo modo videlicet, quod post electionem celebratam ab ipsis de Priore, ijdem Conuentus, supradicti Regis assensum requirere teneantur, & si illum super hoc præstare noluerit, possint procedere ad electionem aliam faciendam; nec aliqua electio quàm de Priore in loco ipso celebrari continget, præsentari Superiori, seu confirmari valeat, nisi Regis eiusdem assensus primò super hoc requisitus fuerit, & obtentus: *Et quod eidem Priori suisquè successoribus, habitatorum Villæ dicti loci Sancti Maximini, & illuc aduenientium, quandiu ibi fuerint, cura immeneat animarum, quæ per Presbyteros sæculares idoneos, instituendos & destituendos per ipsum, quoties viderit opportunum, valeat exerceri; quibus ijdem Prior & Successores eius teneantur in vitæ necessariis congruè prouidere: Et quod ratione dictæ Curæ, Prior seu Presbyteri supradicti Iurisdictioni Diœcesani in nullo penitus sint subjecti, nec teneantur sibi vel alij reddere rationem:* Quodque præfati Prior & Conuentus, cum ad prædictum locum accedere personaliter dictum Regem continget, ipsum tanquam verum Patronum ipsius loci recipere processionaliter teneantur. Nonobstantibus quibuslibet eiusdem Ordinis Prædicatorum, seu quarumcumque personarum contrariis constitutionibus, ordinationibus, seu Statutis, vel Priuilegiis, quæ præmissis, vel eorum alicui possent in aliquo obuiare, etiamsi oporteret de illis expressam, vel de verbo ad verbum in præsentibus fieri mentionem. Quocirca Fraternitati Tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Venerabilem Fratrem nostrum Episcopum Sistaricensem præfati Regis nomine, in corporalem possessionem Ecclesiæ, Prioratus, & loci Balmæ, ac domorum, officinarum, & aliorum vacuorum eidem Ecclesiæ coniunctorum, nec non Thesauri, Reliquiarum, Ornamentorum Ecclesiasticorum, pertinentiarum, & iurium prædictorum, per Te, vel alium seu alios, Authoritate nostra inducas, & defendas inductum; Contradictores Authoritate nostrâ appellatione postpositâ, compescendo: nonobstante si aliquibus, cuiuscumque status, conditionis, seu dignitatis

existant, à Sede Apostolicâ sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam de indulto huiusmodi mentionem. Datum Laterani septimo idus Aprilis Pontificatus nostri Anno primo.

AVTRE BVLLE DV MESME Pape Boniface VIII.

Adressée à l'Euesque de Sisteron.

Par laquelle, il ordonne audit Euesque, de prendre possession au nom du Roy, des Prieurez & Conuent de Saint Maximin, & de la Sainte Baume, & de leurs dépendances, conformement à l'Ordre qu'il en a donné à l'Euesque de Marseille, par la Bulle precedente: & d'instituer vn sous-Prieur audit Saint Maximin, iusques à ce que Frere Guillaume de Toneux, nommé par le Roy audit Prieuré; soit present audit Conuent. Elle est de la mesme année 1294.

BONIFACIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Venerabili Fratri...... Episcopo Sistaricensi Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum Ecclesiam Prioratus Sancti Maximini Ordinis Fratrum Prædicatorum Aquensis Diœcesis, in quâ est corpus Beatæ Mariæ Magdalenæ reconditum, nec non & locum vbi pœnitentiam egisse dicitur dicta Sancta, qui Balma vulgariter appellatur, & quos per Charissimum in Christo Filium Nostrum Carolum Siciliæ Regem Illustrem ad certum diuinum Ministerium deputauimus ordinari per Venerabilem Fratrem Nostrum...... Episcopum Massiliensem, qui super hoc executor est deputatus à nobis, tibi eiusdem Regis nomine, cum domibus, officinis, & vacuis aliis sibi coniunctis, nec non cum Thesauro, Reliquiis, Ornamen-

tis Ecclesiasticis, ac omnibus Iuribus, & pertinentiis suis mandauerimus assignari; Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus Ecclesiam & locum prædictos, cum præfatis aliis bonis, nomine dicti Regis recipiens, postquam ipsi tibi fuerint assignati viginti Fratres prædicti Ordinis Prædicatorum in eâdem Ecclesiâ, & in præfato loco quatuor, duos videlicet Presbyteros, & duos conuersos, de locis eiusdem Ordinis Prædicatorum adiacentibus assumendos, Authoritate præsentium deputare studeas ad diuina officia celebranda: Instituens nihilominus in supradictâ Ecclesiâ Suppriorem, secundum ipsius Ordinis Instituta, donec Dilectus Filius Frater Guillelmus de Toneux Ordinis memorati, quem ad præsentationem Regis eiusdem in Priorem instituimus huiusmodi prioratus personaliter ad ipsum accesserit Prioratum, vel idem Rex iuxta litterarum nostrarum tenorem, quas super hoc sibi concessimus de personis idoneis Ordinis Prælibati, quæ inibi virtutum Domino seruiant, duxerit aliter ordinandum. Datum Laterani sexto idus Aprilis, Pontificatus nostri Anno primo, & in replicato habetur. Registrata capitulo, cxi.

Il y a Lettres Patentes du mesme Roy adressées aux Officiers de Saint Maximin, auec ordre de prester main forte ausdits Euesques de Marseille & de Sisteron, pour l'execution desdites Bulles; & procez verbal de la prise de possession, dressé par Monsieur Durand Euesque dudit Marseille, audit an. cy apres page 67.



TROISIE'ME BULLE de Benoist XI.

Par laquelle, à la priere du mesme Roy Charles Second, il approuue & confirme tout ce qui a esté fait par son predecesseur. Elle est de 1303. le premier an de son Pontificat, en ces termes.

BENEDICTVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Dilectis Filiis, Priori, & Fratribus Prædicatoribus Sancti Maximini, ac de Balma, Aquensis Diœcesis: Salutem & Apostolicam benedictionem. Quæ pro religionis fauore, & diuini cultus ampliatione, piè fieri conspicimus, grata sunt plurimùm votis nostris, eisque libenter, vt magis illibata persistant, adiicimus Apostolici muniminis firmitatem. Dudùm siquidem Charissimus in Christo Filius noster Carolus Rex Siciliæ illustris, ob magnæ deuotionis affectum, quem ad B. Mariam Magdalenam exhibet, in Ecclesiâ nostrâ Sancti Maximini, tunc ad Monasterium Sancti Victoris Massiliensis Ordinis Sancti Benedicti spectante, in quâ corpus eiusdem Sanctæ noscitur esse reconditum, cultum diuini nominis adaugeri desiderans, fœlicis recordationis Bonifacio PP. Octauo Prædecessori nostro, humiliter supplicauit, vt Ecclesiam ipsam, cum domibus, & officinis ei coniunctis, nec non Thesauro, Reliquiis, Ornamentis, Ecclesiasticis, & oblationibus eidem Ecclesiæ prouenturis, deputare pro executione tam laudandi propositi dignaretur; idemque Prædecessor attendens deuotionem huiusmodi dicti Regis, quam per operum exhibitionem ostenderat, dùm olim locus incertus existeret, vbi sepultum fuerat corpus eius, ad inquirendum & inueniendum illud, efficax studium impendendo, illudque inuentum procurando in eadem Ecclesiâ cum debitâ reuerentiâ collocari; dictam Ecclesiam cum domibus, & officinis, Thesauro, Reliquiis, Ornamentis, & oblationibus antedictis: ex certâ scientiâ ad huiusmodi

iusmodi ministerium deputauit, sibi concessâ licentiâ Prioratum inibi de Ordine nostro, cum illo Fratrum numero, qui sibi videretur expediens ordinandi, ac Ecclesiam ipsam cum præmissis omnibus, & Prioratum inibi ordinandum, in ius, *& proprietatem, & protectionem Beati Petri, & Apostolicæ Sedis recepit, Et ipsos ab omni Iurisdictione, potestate, & dominio dicti Monasterij, Abbatis, & Conventus ipsius, & quorumlibet Ordinariorũ, prorsus exemit* : præfato Regi nihilominus concedendo, quod Prior, qui pro tempore præerit in Prioratu prædicto, ad ipsius requisitionis, & informationis instantiam, correctionem & reformationem in loco ipso facere teneatur. Ille postmodum Prædecessor ipse ad ipsius Regis præsentationem, quemdam Fratrem Guillelmum eiusdem Ordinis Professorem, in Priorem instituit dicti loci, statuens vt Fratres ibi assumendi tenerentur sibi suisque successoribus obedire: Nec Prior qui pro tempore esset eiusdem loci, ab officio administrationis dicti loci posset absolui, sine dicti Regis, vel hæredum suorum licentiâ, & assensu: & quod locus, vbi pœnitentiam egisse dicitur dicta Sancta, qui Balma Vulgariter nuncupatur, in concessione huiusmodi factâ de Ecclesia & aliis prædictis, includi deberet, & pari cum cæteris in ipsâ concessione contentis, exemptionis priuilegio gaudeat, & eisdem conditionibus censeatur: Electio vero Prioris ipsius loci ad dictum Conuentum, ac eius confirmatio ad Priorem Provincialem, vel ad Magistrum dicti Ordinis pertineant, eo modo, quod post electionem celebratam ab ipsis de Priore, ijdem Conventus dicti Regis assensum requirere teneantur; & si illum super hoc præstare noluerit, possint procedere ad electionem aliam faciendam. Nec aliqua electio quam de Priore in loco ipso celebrari continget, præsentari superiori seu confirmari valeat, nisi eiusdem Regis assensus priùs requisitus fuerit, & obtentus: Et quod eidem Priori suisque successoribus habitatorũ Villæ dicti loci Sancti Maximini, & illuc accedentium, quamdiu ibi fuerint, cura immineat animarum, quæ per Presbyteros sæculares idoneos instituendos, & destituendos per ipsum, quoties viderit opportunum, valeat exerceri; *quibus ipsi Prior & successores teneantur in vitæ necessarijs congruè prouidere; Et quod ratione dictæ Curæ Prior & Presbyteri supradicti, Iurisdictioni Diœcesani in* nullo penitus sint subiecti, nec teneantur sibi vel alijs reddere rationem: quodque Vos Regem eundem cum ad locum ipsum accedere personaliter continget, tanquam verum Patronum ip-

ſius loci recipere proceſſionaliter teneamini: Mandans venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Maſſiſienſi, vt venerabilem Fratrem noſtrum Siſtaricenſem nomine dicti regis in corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ Prioratus loci Balmæ, domorum, & officinarum, Theſauri, reliquiarum, ornamentorum, pertinentiarum, & iurium prædictorum, per ſe vel alium ſeu alios induceret, & tueretur inductum, cōtradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo: dicto ſiquidem Epiſcopo Siſtaricenſi mandauit, quod Eccleſiam & locum prædictos, cum præfatis alijs bonis, nomine dicti Regis recipiens, poſtquam ſibi aſſignati eſſent viginti Fratres dicti Ordinis in eadem Eccleſiâ & in præfato loco de Balma quatuor, duos videlicet Preſbyteros, & duos Conuerſos, de eiuſdem Ordinis adiacentibus aſſumendos, collocare ſtuderet ad diuina ibi officia celebranda, & inſtitueret nihilominus in eadem Eccleſia Suppriorem ſecundum ipſius Ordinis inſtituta, donec idem Frater Guillelmus Prior vt præmittitur inſtitutus ad Prioratum accederet antedictum, vel idem Rex de perſonis idoneis Ordinis prælibati iuxta cōceſſionem huiuſmodi ſibi factam aliter ordinaret. Dicti vero Maſſilienſis, & Siſtaricenſis Epiſcopi, præmiſſa, quæ per eundem Prædeceſſorem fuerunt iniuncta, litterarū eis ſuper his directarum formâ ſeruatâ, fuerunt diligenter & fideliter executi: ac idem Rex Vobis nonnullas libertates & immunitates regiâ liberalitate conceſſit, prout in inſtrumentis publicis inde confectis hæc omnia plenius continentur. *Nos itaque veſtris & ipſius Regis ſupplicationibus inclinati, quæ in præmiſſis piè & providè acta ſunt, rata & grata habentes, Eccleſiam & locum prædicta, cum eiſdem domibus, & officinis, theſauro, Reliquiis, ornamentis, & oblationibus antedictis, cæteriſque iuribus, & pertinentijs eorum, ac huiuſmodi privilegijs, immunitatibus, indulgentijs, & libertatibus, tam à prædeceſſore, quàm à rege prædictis Vobis conceſſis, vobis & Succeſſoribus veſtris authoritate Apoſtolica ex certâ ſcientiâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.* Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani decimo tertio Kalendas Februarij Pontificatus noſtri Anno primo.

QVATRIE'ME BVLLE de Iean XXII.

Par laquelle à la priere dudit Roy de Sicile Charles second, il confirme les Bulles precedentes, & supplée en tant que besoin seroit, les defauts qui y pourroient estre interuenus. Elle est de 1316. le premier an de son Pontificat, & conceüe aux termes suiuans.

IOANNES Episcopus, Seruus seruorum Dei, Dilectis Filijs Priori & Fratribus Prædicatorum de Sancto Maximino, & de Balmâ, Aquensis Diœcesis: Salutem & Apostolicam benedictionem. Quæ pro religionis fauore, & diuini cultus ampliatione, piè fieri conspicimus, grata sunt plurimùm votis nostris, eisque libenter, vt magis illibata persistant, adjicimus Apostolici muniminis firmitatem. Dudùm siquidem claræ memoriæ Carolus Hierusalem, & Siciliæ Rex, ob magnæ deuotionis affectum, quem ad B. Mariam Magdalenam exhibebat; in Ecclesiâ vestrâ Sancti Maximini, tunc ad Monasterium Sancti Victoris Massiliensis Ordinis Sancti Benedicti spectante, in quâ corpus eiusdem Sanctæ noscitur esse reconditum, cultum diuini nominis adaugeri desiderans; Fœlicis Recordationis Bonifacio Papæ octauo Prædecessori nostro humiliter supplicauit vt Ecclesiam ipsam, cum domibus, & officinis, ac vacuis alijs sibi conjunctis, nec non Thesauro, Reliquiis, ornamentis Ecclesiasticis, & oblationibus eidem Ecclesiæ prouenturis, deputare pro executione tam laudandi propositi dignaretur: idemque Prædecessor attendens deuotioni huiusmodi dicti Regis, quam per operum exhibitionem ostenderat, dum olim locus incertus existeret, vbi sepultum fuerat corpus eius, ad inquirendum & inueniendum illud efficax studium impendendo, illudque inuentum procurando in eadem Ecclesiâ cum debitâ reuerentiâ collocari, dictam Ecclesiam, cum domibus, & officinis, ac vacuis alijs sibi conjunctis, Thesauro, Reliquiis, ornamentis, & oblationibus antedictis, ex certâ scientiâ ad huius ministerium deputauit; sibi

concessâ licentiâ Prioratum inibi de Ordine vestro cum illo Fratrum numero, qui sibi videretur expediens, ordinandi; *Ac ecclesiam ipsam cum præmissis omnibus, & Prioratum inibi ordinandum, in ius, & proprietatem, & sub protectione Beati Petri, & Apostolicæ Sedis recepit; & ipsos ab omni Iurisdictione, potestate, & dominio dicti Monasterij, Abbatis, & Conuentus ipsius, & quorumlibet Ordinariorũ prorsùs exemit*: Præfato Regi nihilominus concedendo, quod Prior, qui pro tempore præerit in Prioratu prædicto, ad ipsius requisitionis, & informationis instantiam, correctionem in loco ipso facere teneretur. Ac postmodùm prædecessor ipse ad ipsius Regis præsentationem, quemdam Fratrem Guillelmum eiusdem Ordinis Professorem, in Priorem instituit dicti loci, statuens vt Fratres inibi assumendi tenerentur sibi suisque successoribus obedire: Nec Prior qui pro tempore esset eiusdem loci, ab officio administrationis dicti loci posset absolui, sine dicti Regis, vel hæredum suorum licentiâ, & assensu: & quod locus vbi pœnitentiam egisse dicitur dicta Sancta, qui Balma vulgariter nuncupatur, in concessione huiusmodi factâ de Ecclesiâ, & alijs prædictis includi deberet, & pari cum cæteris in ipsâ concessione contentis, exemptionis priuilegio gauderet, & in eisdem conditionibus censeretur: Electio verò Prioris ipsius loci ad dictos Conuentum, & eius confirmatio ad Priorem Prouincialem, vel ad Magistrum dicti Ordinis eo modo spectarent, quod post electionem celebratam ab ipsis de Priore, idem conuentus dicti Regis assensum requirere teneretur, quem si super hoc recusaret præstare, possent procedere ad electionem aliam faciendam, nec aliqua electio quam de Priore celebrari contingeret, præsentari Superiori, seu confirmari valeret, nisi priùs requisitus foret & obtentus assensus Regis eiusdem: vt quodque eidem Priori & Successoribus suis, habitatorum Villæ dicti loci S. Maximini, & illuc accedentium, quandiu ibi fuerint, cura immineat animarum, quæ per Presbyteros sæculares idoneos, instituendos & destituendos per ipsum quoties opportunum videret, exerceri valeret, quibus ipsi Prior & Successores tenerentur in vitæ necessariis congruè prouidere: *Et quod ratione dictæ Curæ Prior & Presbyteri supradicti Iurisdictioni Diœcesani in nullo penitùs sint subiecti, nec teneantur sibi vel alijs reddere rationem*: Quodque Vos Regem eundem, cùm ad locum ipsum accedere personaliter contigisset, tanquàm verum Patronum ipsius loci recipere processionaliter teneamini: Mandans Venerabili Fratri nostro Episcopo Massiliensi vt Venerabilem

Fratrem nostrum Episcopum Sistaricensem nomine dicti Regis, in corporalem possessionem Ecclesiæ, Prioratus, loci Balmæ, domorum, & officinarũ, ac vacuorum sibi conjunctorum, Thesauri, Reliquiarum, ornamentorum, pertinentiarum, & Iurium prædictorum, per se vel alium seu alios induceret, & teneretur inductum; contradictores per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendo: Dicto etiam Episcopo Sistaricensi mandauit, quod Ecclesiam & locum prædictos, cum præfatis aliis bonis, nomine dicti Regis reciperet, postquam assignati essent viginti Fratres dicti Ordinis in eadem Ecclesiâ, & in præfato loco de Balma quatuor, videlicet duos Presbyteros & duos Conuersos, de locis eiusdem Ordinis adjacentibus assumendos, collocare studeret ad diuina ibi officia celebranda; & institueret nihilominus in eâdem Ecclesiâ Suppriorem, secundum ipsius Ordinis instituta, donec idem Frater Guillelmus Prior vt præmittitur institutus, ad Prioratum accederet antedictum; vel idem Rex de personis idoneis dicti Ordinis, iuxta concessionem hniusmodi sibi factam, aliter ordinaret. Dicti vero Massilienfis, & Sistaricensis Episcopi, præmissa, quæ per eundem Prædecessorem sibi fuerunt injuncta, litterarum eis super ijs directarum formâ seruatâ, fuerunt diligenter & fideliter executi: ac postmodum idem Rex Vobis nonnullas libertates, & immunitates, Regiâ liberalitate concessit. Deinde quoque Prędecessor prędictus, vt eadem Ecclesia congruis honoribus frequentetur, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui quolibet die, videlicet illis de Prouincia Prouinciæ quadraginta, & alijs extra dictam Prouinciam illuc accedentibus, centum dies: quodque in festo dictæ Sanctæ, seu die Translationis corporis eius, vel per octo dies festum aut diem Translationis prædictæ immediatè sequentes visitauerint annuatim, tres annos & totidem quadragenas de injunctâ eis pœnitentiâ misericorditer relaxauit. Insuper piæ memoriæ Benedictus vndecimus prædecessor noster, ipsius Regis & vestris supplicationibus inclinatus, quæ in præmissis piè ac prouidè acta erant rata habens, & grata, Ecclesiam & locum prædicta, cum eisdem domibus, officinis, ac vacuis sibi conjunctis, Thesauro, Reliquiis, ornamentis, & oblationibus antedictis, cæterisque iuribus, & pertinentiis eorum, ac huiusmodi priuilegiis, & indulgentiis, & libertatibus, tam à Prædecessore Bonifacio, quam à Rege prædictis, concessit vobis & successoribus vestris, authoritate Apostolica ex certa scientia

confirmauit. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quæ à Prædecessoribus & Rege præfatis, in prædictis piè ac prouidè acta sunt, rata & grata habentes, Ecclesiam & locum prædicta, cum prædictis domibus, & officinis, ac vacuis sibi conjunctis, Thesauro, Reliquiis, ornamentis, & oblationibus antedictis, cæterisque iuribus, & pertinentiis suis, ac priuilegiis, indulgentiis, & libertatibus à Prædecessoribus Bonifacio & Benedicto prædictis, concessis vobis & successoribus vestris prædictis, authoritate Apostolica ex certâ scientiâ *confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus supplentes defectum, si quid in præmissis forsitan interuenerit de Apostolicæ plenitudine potestatis.* Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Auenioni tertio nonas Decembris Pontificatus nostri Anno primo.

CINQVIÉME BVLLE de Martin V.

Par laquelle à la priere de Loüis, III.e Roy de Sicile & Comte de Prouence, il confirme tout ce qui a esté accordé par ses predecesseurs : & de plus donne au Prieur de S. Maximin, & à ses Successeurs, à l'égard des Habitans dudit S. Maximin, le mesme pouuoir, qu'ont les Euesques, de contraindre par Censures Ecclesiastiques, & mesme par excommunications leurs Diocesains, d'assister au Seruice diuin les Festes & Dimanches, & de receuoir les Sacremens par ceux qui seront commis de sa part. Elle est de 1424. l'an 7. de son Pontificat, en ces termes.

Martinvs Episcopus, Seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad ea ex Apostolicæ seruitutis nobis injunctæ desuper officia libenter intendimus, per quæ Ecclesiarum omnium, & præsertim Romanæ Ecclesiæ immediatè subjectarum nec non personarum

Ecclesiasticarum, in eis maximè sub regulari habitu virtutum, Domino famulantium, libertates & iura conseruentur; itaque fauoribus prosequimur opportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum, Prioris, & Conuentus Prioratus Fratrum Prædicatorum Ecclesiæ B. Mariæ Magdalenæ de Sancto Maximino, Ecclesiæ Romanæ immediatè subjectæ, Aquensis Diœcesis, petitio continebat, quòd dudùm fœlicis Recordationis Bonifacius Papa octauus Prædecessor noster in dictâ Ecclesiâ, in quâ claræ Memoriæ Carolus secundus tunc Hierusalem, & Siciliæ Rex, corpus gloriosum eiusdem Sanctæ Mariæ honorificè recondi fecerat; & vbi corpus ipsum à Christi fidelibus reuerenter veneratur, eidem Regi Prioratum prædictum sub ipsius Ordinis approbatâ obseruantiâ regulari fundandi, & ordinandi, licentiam per suas certi tenoris litteras concessit: cuius vigore Rex ipse Prioratum ipsum fundauit, & dotauit, & ipse Prædecessor noster in huiusmodi primæua fundatione, Ecclesiam, Prioratum, Priorem, & Conuentum, ac alias ipsius personas, domos, possessiones, proprietates, iura, & obuentiones ipsorum quæcumque *in ius, & proprietatem, ac protectionem B. Petri, & Apostolicæ sedis recipiens; ipsos ab omni potestate, iurisdictione, & dominio Archiepiscopi Aquensis, & quorumlibet aliorum ordinariorum, perpetuò exemit & liberauit*; statuitque & ordinauit, quod prior qui pro tempore foret in dicto Prioratu, correctionem, punitionem, & reformationem in loco prædicto haberet, & exerceret. Ac insuper eidem Priori suisque successoribus concessit, quod habitatorum quorumlibet dicti loci, & illuc aduenientium, quamdiu inibi starent, cura sibi & successoribus ipsius immineret animarum, quæ per sæculares presbyteros, per eundem Priorem ibidem instituendos exerceretur: *Quodque ratione dictæ Curæ, Prior seu Presbyteri prædicti Iurisdictioni Diœcesani loci, seu alterius cuiuscumque, in nullo penitus essent subjecti: nec sibi vel quibusuis alijs tenerentur reddere rationem, prout in eisdem litteris pleniùs continetur.* Cum autem sicut eadem petitio subiungebat, sæpe contingit, quod nonnulli habitatorum prædictorum in confitendo, communicando, & in diuinis officiis audiendis non solum negligentes & remissi, quin etiam contradictores & renitentes existant, qui licet per Priores & eorum deputatos pro tempore existentes, ad præmissa debitè vocentur, & charitatiuè moneantur; tamen adhuc adeo se reddunt difficiles, quod eorumdem Prioris & deputatorum moni-

tionibus & mandatis obedire ſæpius recuſarunt, & recuſant, ipſique in inobedientiâ & rebellione huiuſmodi indurati, incorrecti remanent, in ipſorum animarum detrimentum, & plurimorum ſcandalum, nec non libertatum, ac iurium dictorum Prioris & Conuentus læſionem, ipſorumque non modicum præiudicium, & grauamen. Quare vt huiuſmodi animarum periculis poſſit commodiùs futuris temporibus obuiari, pro parte ipſorum Prioris & Conuentus nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ſuper hoc eis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi periculis, quantùm cum Deo poſſumus, fauorabiliter obuiare præmiſſorum intuitu, *Nec non conſideratione Chariſſimi in Chriſto Filij noſtri Ludouici Regnorum prædictorum Regis illuſtris, dicti Prioratus Patroni, qui nobis ſuper hoc humiliter ſupplicauit*, huiuſmodi eiuſdem Regis, ac Prioris, & Conuentus prædictorum ſupplicationibus inclinati, Priori præfato ac eiùs ſucceſſoribus, vt ipſi per ſe, vel alium, ſeu alios quoties fuerit opportunum, & eis expedire videbitur, Omnes & ſingulos habitatores dicti loci, & illuc vt præfertur aduenientes, quod ipſi diebus dominicis & feſtiuis, ad audiendum diuina in dictâ Eccleſiâ, quamdiu ibidem vt præfertur moram traxerint, nec non ad confitendum & communicandum ſemel ſaltem in anno, ac alia faciendum quæ animarum ſalutem reſpicere dignoſcuntur, ac alia Eccleſiaſtica ſacramenta ab ipſis vel ad hoc deputatis ſeu deputandis inibi ab eis recipiendum, vt iuris & laudabilis conſuetudinis fuerit, conuocari & moneri, ipſoſque ſi forſan contradictores, renitentes & rebelles extiterint, *per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia iuris remedia, ad præmiſſa, in caſibus tamen in quibus veri Diœceſani ſuos ſubditos in hoc compellere poſſunt, authoritate Apoſtolicâ compellant, aſtringant, & coerceant, ſeu aſtringi, coerceri, compelli etiam per ſe, vel alium, ſeu alios faciant*, *authoritate prædictâ tenore præſentium indulgemus.* Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſitâ compeſcendo, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis & conſuetudinibus prouincialibus, & ſinodalibus, priuilegiis, libertatibus, & indultis regalibus, & imperialibus, etiam iuramento, Confirmatione Apoſtolicâ, vel quâcunque firmitate aliâ roboratis & quod præfati Prior & Fratres dicti Conuentus Ordinis Fratrũ Prædicatorum profeſſores exiſtant: cæteriſque contrariis nonobſtantibus quibuſcunque, ſeu ſi eiſdem habitatoribus, & aduenis, vel quibuſuis aliis communiter

vel diuisim à Sede Apostolicâ indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his à quoquam, quauis authoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. DATVM Romæ apud Sanctum Petrum sexto Nonas Martij, Pontificatus nostri Anno septimo.

SIXIE'ME BVLLE d'Eugene IV.

Par laquelle à la priere du mesme Loüis troisiéme, Roy de Sicile, il donne pouuoir au Prieur de S. Maximin, & à ceux qui seront par luy commis, d'absoudre des cas reseruez aux Euesques; & veut que pareille Bulle donnée par son Predecesseur, qui n'auoit pû estre expediée de son viuant, ait le mesme pouuoir, que si elle l'auoit esté. Elle est de 1430. le premier de son Pontificat.

EVGENIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea quæ de Romani Pontificis gratiâ processerunt, licet eius superueniente obitu, litteræ Apostolicæ super illis confectæ non fuerint, suum consequantur effectum. Dudum siquidem pro parte dilectorum Filiorum Prioris, & Conuentus Fratrum Prædicatorum Ecclesiæ B. Mariæ Magdalenæ de Sancto Maximino Aquensis Diœcesis. *Romanæ Ecclesiæ immediatè subjectæ*, Fœlicis Recordationis Martino Papæ quinto Prædecessori nostro, exposito quod olim Piæ Memoriæ Bonifacius Papa Octauus etiam

Prædeceſſor noſter, inclitæ Memoriæ Caroli ſecundi Regis Siciliæ, qui ad eandem Sanctam cuius corpus in Eccleſiâ ipſâ reconditum eſt, ſingularem gerebat deuotionis affectum, precibus inclinatus, quod habitatorum locorum Sancti Maximini prædicti, ac de Balmâ Maſſilienſis Diœceſis vbi pœnitentiam egiſſe dicitur ipſa Sancta, & illuc aduenientium, quandiu ibi forent, animarum Cura Priori pro tempore exiſtenti dictæ Eccleſiæ imminere: *Quodque ratione dictæ Curæ Priores locorum huiuſmodi pro tempore exiſtentes iuriſdictioni Diœceſani nullatenùs ſubjecti eſſent, nec tenerentur ſibi vel alteri de prædictis rationem reddere*, inter alia per ſuas litteras ſtatuerat, & decreuerat, provt in ipſius Bonifacij litteris plenius continetur. Cum autem ob reuerentiam ipſius Sanctæ de diuerſis mundi partibus, causâ deuotionis, maxima ſæpius illuc confluat peregrè populi multitudo, quorum confeſſiones & Eccleſiaſticorum ſacramentorum adminiſtrationes ad Priorem prædictum, ratione dictæ Curæ, pertinere noſcuntur, & ſæpe in confeſſionibus ipſis caſus occurrant, in quibus abſolutiones, & diſpenſationes ad confitentium animarum ſalutem neceſſario requiruntur; pro parte Prioris & Conuentus eorumdem eidem Martino Prædeceſſori fuit humiliter ſupplicatum, vt habitantibus & aduenientibus huiuſmodi, ac animarum eorumdem ſaluti conſultiùs prouideri valeret, *Priori & ſucceſſoribus ipſis abſoluendi habitatores, & aduenientes prædictos in caſibus ſaltem locorum Ordinariis, reſeruatis, & in illis cum eiſdem diſpenſandi licentiam concedere de benignitate Apoſtolicâ dignaretur.* Ipſe igitur Prædeceſſor ſalutem quærens ſingulorum, & cupiens ſuper præmiſſis ſalubriter prouidere, præmiſſorum intuitu, *necnon conſideratione Chariſſimi in Chriſto Filij noſtri Ludouici Hieruſalem & Siciliæ Regis illuſtris*, ſibi ſuper hoc humiliter ſupplicantis, huiuſmodi ſupplicationibus inclinatus, vt Prior pro tempore exiſtens, & eius Succeſſores, huiuſmodi per ſe, vel alium ſeu alios quos ad hoc ducerent deputandos, quoties expediret, *confeſſiones habitatorum & aduenientium prædictorum quorumlibet, vtriuſque ſexus, cuiuſcumque ſtatus, gradus, Ordinis, vel conditionis forent, audire, & ipſis diligenter auditis, à commiſſis nec-non generalibus excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententiis, generaliter, vel ſpecialiter, ab homine, vel à iure prolatis, & in caſibus dumtaxàt, quibus locorum Ordinarij ſubditos ſuos abſoluere poſſunt, in foro conſcientiæ Apoſtolicâ authoritate abſoluendi, eiſque pro modo culpæ pœnitentiam ſalutarem, & alia quæ iuris fuerint,*

provt eis videbitur, iniungendi, nec-non cum prædictis in eiſdem caſibus diſpenſandi; Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſque, & conſuetudinibus dicti Ordinis, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, conceſſit die videlicet Sexto Nonas Martij Pontificatus ſui Anno Septimo, plenam & liberam facultatem. Ne autem, pro eo quod ſuper conceſſione Martini Prædeceſſoris huiuſmodi litteræ Apoſtolicæ confectæ non fuerint, Prior, Conuentus, habitatores & aduenientes prædicti fruſtrentur effectu. *Volumus & Apoſtolicâ authoritate decernimus, quod huiuſmodi Martini Prædeceſſoris conceſſio perinde valeat, ſuumque debitum ſortiatur effectum, ac ſi ſuper eâ eiuſdem Martini Prædeceſſoris litteræ, ſub ipſius diei Datâ, confectæ fuiſſent, provt ſuperiùs enarratur: quodque præſentes litteræ ad probandum plenè conceſſionem prædictam, vbique ſufficiant, nec ad id Probationis alterius adminiculum requiratur.* Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. DATVM Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo trigeſimo, quinto idus Martij, Pontificatus noſtri Anno primo.

SEPTIE'ME BVLLE du Pape Nicolas V.

Par laquelle, il confirme toutes les exemptions, libertés, conceſſions & Priuileges accordez aux Religieux de Saint Maximin, & à leur Conuent, ſoit par les Souuerains Pontifes, ſoit par les Roys de Sicile Comtes de Prouence. Elle eſt de 1450. l'an 4. de ſon Pontificat.

NICOLAVS Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Priori & Fratribus Domus B. M. Magdalenæ de Sancto Maximino Ordinis FF. Prædicatorum Aquenſis Diœceſis: Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum,

tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eàpropter dilecti in domino Filij, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates, & immunitates, à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſiuè per priuilegia, vel alias indulgentias, vobis & Domui veſtræ prædictæ conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum, à Regibus, & Principibus, vel aliis Chriſti fidelibus, rationabiliter Vobis, & Domui veſtræ præfatæ indultas, ſicut eas iuſtè & pacificè poſſidetis, *Vobis & per Vos eidem Domui veſtræ, authoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.* Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ confirmationis, & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. DATVM Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo, tertio Nonas Ianuarij, Pontificatus noſtri Anno quarto. Regiſtrata de gratia. De Puteo ſignatum L. de Coſciaris, à tergo de Cliuie.

SVPPLIQVE DV ROY RENÉ au Pape Sixte IV.

Par laquelle il luy demande la confirmation, tant du College par luy eſtably dans la ville de S. Maximin, que de tous les Priuileges & exemptions cy-deuant accordez au Conuent dudit S. Maximin : & particulierement, qu'il ſoit permis au Prieur dudit Conuent, de commettre pour la charge des ames, tel de ſes Religieux qu'il iugera à propos; en la meſme maniere qu'il la commettoit auparauant à des Preſtres ſeculiers.

SIXTVS IIII.

BEatiſſime Pater. Exponitur B. V. pro parte Deuotiſſimi E. B. Filij Renati Hieruſalem & Siciliæ Regis illuſtris, nec non Patrum Eccleſiæ & Conuentus B. Mariæ Magdalenæ

loci de Sancto Maximino Ordinis Prædicatorum Aquensis Diœcesis, quod corpus prælibatæ Sanctæ Mariæ cum maximâ venustate & decore in eadem Ecclesiâ reconditum existit, & ad ipsius Ecclesiam & conuentum deuoti populi multitudo diuersarum partium ad laudem Dei honoremque & ob deuotionem eiusdem sanctæ affluit; & vt Conuentus ipsius Sancti Maximini magis decoraretur, & corpus huiusmodi veneraretur: vnum Collegium tam in Artium, Philosophiæ, quàm Decretorum & Theologiæ facultatibus erexerat, & illud de tribus mille florenis monetæ illarum partium, causâ studij, annis singulis & in perpetuum dotauerat: quodque eidem Ecclesiæ eiusdem B. M. Magdalenæ, & Conuentui, nonnulla Priuilegia, Indulgentias, prærogatiuas, indulta, exemptiones & libertates, per Romanos Pontifices S. V. Prædecessores, atque Illustrissimos Siciliæ Reges Prædecessores suos & Fundatores eorumdem Ecclesiæ & Conuentus concessa fuere; & exinde vt diuinus Cultus in eadem Ecclesiâ magis augeretur, atque Ecclesia & Conuentus manutenerentur, ac personæ & Fratres eorumdem pro tempore degentes, eorum vitam & sustentationem decentiùs supportare valerent, Prioratus Sancti Mitri Aquensis Diœcesis tunc Ordinis Sancti Benedicti & Diœcesis, eumdem Prioratum supprimendo, & extinguendo, Ecclesiæ & Conuentui perpetuò authoritate Apostolicâ vnitus, annexus, & incorporatus extiterit, & in cuius possessione, jam pluribus annis elapsis, provt & Conuentus prædictus in pacificâ possessione fuerunt, provt sunt de præsenti, aliasque & alias eisdem Ecclesiæ & Conuentui concessa, donata, delegata, facta, & ordinata fuisse, provt in diuersis litteris Apostolicis, ac instrumentis publicis, desuper confectis, & quorum tenores præsentibus pro expressis haberi, pleniùs continetur. Cum autem P. Sancte ipse Rex, qui ad profectum & gloriosum statum Ecclesiarumque & Conuentuum huiusmodi, magnum gerit deuotionis affectum, erectiones, & fundationes, & donationes Collegij, nec non priuilegia, Indulgentias, atque vniones, annexiones, & incorporationes, possessionesque, assecutiones & quæcunque alia inde secuta, dubitet certis de causis, viribus non subsistere, optet illa validiori munimine validari, & de debitis Apostolicæ Sedis præsidiis fulciri, & robur Apostolicæ Sedis in præmissis adjici; idcircò supplicat B. V. prædictus Rex, quatenùs erectionem,

fundationem, & dotationem Collegij, nec non omnia & ſingula Priuilegia, exemptiones, libertates, atque indulgentias, & indulta per Romanos Pontifices, & Reges prædictos, ac vniones, annexiones, & incorporationes de dicto Prioratu ſicut petitur, ſub quibuſuis verborum formis factas, & conceſſas, & facta, & conceſſa, & quæcunque inde ſecuta, rata habentes, & grata; illaſque & illa ex veſtrâ certâ ſcientiâ authoritate Apoſtolica confirmare, & approbare, eoſque & ſingulos defectus, ſi qui in præmiſſis interuenerint, ſupplere, pro eorum & cuiuſlibet ipſorum ſubſiſtentiâ firmitatis robur Apoſtolicæ Sedis adjicere dignemini de gratia ſpeciali conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, illa præſertim, quâ cauetur quod petentes beneficia vniri, teneantur exprimere verum valorem, tam beneficij vniendi, quàm illius cui vnitur, & quod commiſſio in vnionibus & earum confirmationibus ſemper fiat ad partes, vocatis quorum intereſt, cui pro hâc vice derogare etiam dignemini de gratia ſpeciali, cæteriſque in contrarium facientibus, nonobſtantibus quibuſcunque, cum clauſulis opportunis. *Fiat vt petitur F.*

Et cum confirmatione & approbatione præmiſſis, & cum ſuppletione defectuum, & quod litteræ expediantur in formâ gratioſâ, & ad perpetuam rei memoriam, & cum derogatione clauſulæ vt petitur, & quod major & verior ſpecificatio præmiſſorum cum confirmatione litterarum Apoſtolicarum quatenus opus ſit fieri poſſit. *Fiat F.*

Item exponit ipſe Rex: cum Prior pro tempore exiſtens, Conuentus, & Eccleſia Prædicatorum loci Sancti Maximini Aquenſis Diœceſis curam animarum Parrochianorum dicti loci, ex conceſſione & priuilegio Apoſtolicis exerceri, & per vnum Preſbyterum ad nutum amouibilem regi & gubernari habeat, & vt Eccleſia ipſa magis decoretur, & animarum ſaluti eorumdem Parrochianorum ſalubriùs conſulatur; cupiat & afficiat ipſe Rex, curam animarum prædictorum parrochianorum, per aliquem ex Fratribus eiuſdem Conuentus regi & gubernari, ac eiſdem Parrochianis, Eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrari: *Supplicat igitur V. B. ipſe Rex, quatenus ipſius votis & deſideriis annuentes, eiſdemque Fratribus modernis, & pro tempore exiſtentibus, in eodem Conuentu profeſſis & profitendis ſubuenientibus Priori moderno & pro tempore, vt præmittitur exiſtentibus, vt curam huiuſmodi Parrochianorum per vnum ex Fratribus dictæ Eccleſiæ per eumdem*

Priorem eligendum, & ad nutum amouibilem instituendum, exerceri, atque Ecclesiastica Sacramenta vtriusque sexus Parrochianis administrare, & infantes baptisare possit; & insuper omnibus & singulis Fratribus prædictis eiusdem Conuentus in eodem duntaxat professis, qui pro nunc sunt, & pro tempore erunt, vt eorum vitam decentius sustentare valeant, ipsos & eorum quemlibet fauoribus, & gratiis Sedis Apostolicæ prosequendo secùm vt quilibet ipsorum Fratrum, quamcunque Capellaniam in dicto Monasterio fundatam, & dotatam, & extra eam in quibusuis Ciuitatibus & Diœcesibus, etiamsi de jure patronatus, dicti Regis, vel laicorum fuerit, si sibi alias canonicè & quâcumque authoritate conferatur, præsentetur, vel assumatur, ad illam recipere & quoad vixerit in quauis Ecclesia cum clausulâ promouendi & commendæ cedendi tamen retinere possit, & valeat; disponere ac ipsos habilitare dignemini, de gratiâ speciali, constitutionibus vel ordinationibus Apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus nonobstantibus quibuscumque cum clausulis opportunis. *Fiat vt petitur F.*

Et cum dispensatione & habilitatione pro præsentibus & futuris Fratribus in dicto Conuentu professis, & pro tempore professuris, & in perpetuùm, & pro quolibet, vnam Capellaniam, etiamsi de jure patronatus dicti Regis, aut laicorum fundatus, & cum clausula promouendi & commendæ cedendi tamen, & quoad vixerit, & cum absolutione ad effectum præmissum pro quolibet, & quod litteræ gratis vbique expediantur. *Fiat F.* DATVM Romæ apud S. Petrum Sexto Idus Maij Anno Sexto. Sumptum ex Registro supplicum Apostolico per me Franscicum Moreau eiusdem registri Magistrum. Collationatum cum sigillo. *Et à tergo. Registrata lib. x. fol. lxxij.*

HVITIE'ME BVLLE de Sixte IV.

Par laquelle, ſur ce qui luy a eſté remonſtré par ledit Roy René, & attendu particulierement, que par diſpenſe ſpeciale, l'Egliſe des Religieux de S. Maximin eſt Parroiſſiale, il ordonne que la charge des ames cy-deuant commiſe par le Prieur dudit S. Maximin à des Preſtres ſeculiers par luy amobiles à ſa volonté, ſoit doreſ-en-auant exercée par tel deſdits Religieux de l'Ordre des FF. Preſcheurs qu'il iugera à propos, nonobſtant toutes couſtumes, ſtatuts Apoſtoliques, & dudit Ordre, auſquels il déroge expreſſément par ladite Bulle. Elle eſt de 1477. l'an 6. de ſon Pontificat.

SIXTVS Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei: ad perpetuam rei memoriam. Iniunctum nobis licet immeritis deſuper Apoſtolicæ ſeruitutis officium mentem noſtram continuâ pulſat inſtantia, vt circâ fidelium quorumlibet animarum profectum, ſolicitis curis & ſtudiis ſic ſalubriter intendere curemus, vt per noſtræ operationis miniſterium, periculis obuietur, ac ſaluti illarum iugiter intendatur. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte Dilectorum Filiorum Prioris & Fratrum Domus Sancti Maximini Ordinis Prædicatorum Aquenſis Diœceſis petitio continebat, quod Cura animarum Parrochianorum Eccleſiæ dictæ Domus, quæ etiam Parochialis eſt ex ordinatione & Priuilegio Apoſtolicis, per vnum Preſbyterum ſæcularem, ad nutum Prioris pro tempore exiſtentis dictæ Domus amouibilem, regi & gubernari conſueuit: quodque ſi cura huiuſmodi per aliquem ipſius Ordinis Fratrem ad nutum eiuſdem Prioris ſimiliter amouibilem deinceps regeretur, profectui animarum, ſaluti, & ſpirituali conſolationi Parrochianorum prædictorum, non parum conſuleretur. Quare pro parte Chariſſimi in Chriſto Filij noſtri Renati Regis

Regis Siciliæ illustris, nec non Prioris, & Fratrum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, vt quod de cætero perpetuis futuris temporibus, Cura prædicta per aliquem idoneum Presbyterum dicti Ordinis professorem, ad nutum Prioris pro tempore existentis huiusmodi amouibilem regatur, & gubernetur, statuere & ordinare, aliásque in præmissis opportunè prouidere, de benignitate Apostolicâ dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, authoritate Apostolicâ tenore præsentium *Statuimus & Ordinamus, quod deinceps cura supradicta per aliquem idoneum Presbyterum dicti Ordinis professorem, per Priorem pro tempore existentem huiusmodi ad hoc deputandum, & ad nutum illius amouibilem, perpetuò regatur, & etiam gubernetur.* Nonobstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac statutis & consuetudinibus dicti Ordinis, Iuramento, Confirmatione Apostolicâ, vel quâuis firmitate aliâ roboratis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omninò hominum liceat, hanc paginam nostræ constitutionis & Ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. DATVM Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo, Sexto Idus Maij Pontificatus nostri Anno sexto. Signatum L. Griffas, R. de Suno, I. de Calaia: In replicato, I. de Noxeto.

NEVFIE'ME BVLLE du mesme Pape Sixte IV.

Par laquelle, en consideration de la fondation du Conuent de S. Maximin, faite par Charles II. Roy de Sicile & Comte de Prouence, & à la priere du Roy René, fondateur du College dudit S. Maximin, il accorde Indulgence pleniere les iours de la Feste, & de la Translation de sainte Magdelaine, à tous les fidelles qui contribüeront de leurs biens, pour l'acheuement desdits Conuent & College.

Et par la mesme Bulle, il donne pouuoir au Prieur dudit S. Maximin, d'admettre tel nombre de Confesseurs reguliers ou seculiers qu'il iugera à propos, pour absoudre lesdits fidelles de tous les cas qui ne sont point reseruez au Saint Siege. Elle est de la mesme année 1477. l'an sixiéme de son Pontificat.

SIXTUS Episcopus, Seruus seruorum Dei, Vniuersis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis: Salutem & Apostolicam Benedictionem. Etsi Ecclesiæ & loca Ecclesiastica vniuersa sub Sanctorum Sanctarumque vocabulis instituta, sint à Christi fidelibus debitâ veneratione colenda; illa tamen quæ sub B. Mariæ Magdalenæ inuocatione constructa sunt, eò à fidelibus ipsis feruentiori deuotionis amplitudine frequentanda censemus, quò ipsa, quæ dominicos pedes suarum perfusione lachrymarum abluere, & propriis capillis abstergere meruit, reconciliationis Creatori suo, per dignam fructuosamque pœnitentiam, efficacius peccatoribus exemplar extitit. Quapropter Ecclesias & loca, quæ ad illius honorem dedicata fore conspicimus, indulgentiis, & remissionibus peccatorum libenter decoramus: vt sicut ipsa Dominum Nostrum Iesum Christum super omnia diligendo suorum obtinuit veniam delictorum, ita fideles prædicti loca huiusmodi visitando, & pro eorum fabricis, ac alijs necessitatibus subleuandis opportuna auxilia impendendo, eius salutiferâ intercessione, ab eorum peccatorum nexibus absolui, præmia consequi mereantur felicitatis æternæ. Sanè sicut pro parte Charissimi in Christo Filij nostri Renati Regis Siciliæ illustris fuit nobis nuper expositum, eius olim Prædecessores, & præsertim Carolus Secundus Siciliæ Rex, ad ipsam B. Mariam Magdalenam singulari deuotione coniuncti, ad Omnipotentis Dei laudem & gloriam, sub vocabulo & denominatione eiusdem B Mariæ Magdalenæ, in loco de Sancto Maximino Aquensis Diœcesis, domum pro habitatione quorumdam Fratrum Ordinis Prædicatorum cum Ecclesiâ, Campanili, campanâ, claustro, dormitorio, refectorio, & aliis congruis officinis, non tam magno, quam miro, sumptuosoque opere, construi & ædificari cœperunt; ad quam quidem Ecclesiam, cum in illâ Corpus eiusdem B. Mariæ Magdalenæ honorificè & reuerenter custodiatur, diuinaque ibidem of-

ficia, diurna pariter & nocturna, assiduè maximâque cum deuotione per Fratres dicti Ordinis celebrentur, magnâ ex diuersis mundi partibus deuotionis causâ, ac etiam propter crebra & ingentia miracula, quæ ad intercessionem ipsius B. Mariæ Magdalenæ Altissimus inibi sæpenumero ostendit, confluere consueuit, vt piè creditur plenariam Indulgentiam visitantibus dictam Ecclesiam tempore Paschali, & præcipuè Dominica Prima post Octauas Paschæ ab olim fuisse concessam: Renatus etiam Rex prædictus, ob singularem deuotionis affectum, quem ad B. Mariam Magdalenam, ac Ordinem & Domum prædictos continuè gessit, & de præsenti gerit, cupiens religionem dilatari, ac ortodoxam fidem exaltari, & vt infidelibus illius propugnatoribus resisti valeat, muro bellatorum inexpugnabili circumuallari, nuper in dictâ Domo pro Fratrum dicti Ordinis in Artibus, Philosophia, Theologiâ, & Decretis studere, & legere volentibus, quoddam insigne Collegium ad honorem prædictæ B. Mariæ Magdalenæ construi, & ædificari fecit, illudque de summâ trium millium Florenorum monetæ illarum partium dotauit: & propterea, tàm pro receptatione & habitatione dictorum Fratrum legentium, & studentium, quàm etiam capacitate fidelium ad dictam Ecclesiam pro tempore accedentium, ecclesia & Domus prædictæ illiusque habitationes, quæ admodum angustæ, & incapaces sunt, maiori, loci spacio opus esset, & licet dudum præfatus Carolus Rex, sub cuius dominio ciuitas Niciensis tunc erat, pro complemento eiusdem operis, ac subuentione Fratrum, in dictâ domo pro tempore commorantium, duo millia librarum monetæ illarum partium, super introitibus Gabellarum dictæ Ciuitatis, annis singulis soluendarum deputasset, & instituisset; tamen quia postmodum dicta Ciuitas Niciensis in aliarum personarum dominium translata fuit, domus prędicta eisdem duobus millibus librarum prorsùs frustrata fuit; vnde Prior & Fratres, dictæ domus, qui pro tempore fuerunt, complemento incepti operis intendere, nec illud perficere potuerunt, de eius perfectione nullatenus sperantes, nisi ex piis fidelium eleemosinis & suffragiis super hoc succurratur. *Nos vota dicti Renati,* vlnis charitatis amplectentes, ac cupientes vt Opus prædictum optatum recipiat complementum, ecclesiaque & domus prædictæ, pro plurium capacitate personarum amplientur, ac illa & præfatum Collegium conseruentur, augeantur, & manuteneantur; nec non fideles prædicti eò libentius deuotionis

causâ, tam ad dictam Ecclesiam, quàm etiam ad Ecclesiam domus Balmæ eiusdem Ordinis, Massiliensis Dioecesis, in quâ dicta B. Maria Magdalena salutariam pœnitentiam egisse perhibetur, confluant; & ad complementum, ampliationem, conseruationem, augmentum, & manutentionem prædicta, manus promptiùs porrigant adiutrices, quo ex hoc ibidem dono cœlestis gratiæ vberiùs conspexerint se refectos; de Omnipotentis Dei misericordiâ ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius authoritate confisi, nec non de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus & singulis fidelibus præfatis vtriusque sexus verè pœnitentibus, & confessis, qui ecclesias prædictas seu earum alteram, præfatâ die Dominicâ post dictas Octauas, à primis vesperis vsque ad secundas vesperas eiusdem Dominicæ, etiam semel tantùm deuotè visitauerint, & ad complementum, ampliationem, conseruationem, augmentum, & manutentionem prædicta, de bonis sibi à Deo collatis, iuxta eorum discretionem erogauerint, vel qui senio impotentes aut infirmitate detenti, vel aliàs impediti, Ecclesias prædictas, seu earum alteram, præmisso tempore visitare personaliter non potuerint, & de bonis suis similiter iuxta eorum discretionem, per alios pro præmissis transmiserint, aut ad opus prædictum per vnum, duos, vel tres dies, provt eis placuerit, personaliter laborauerint, vel eorum expensis per alios laborari fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, authoritate Apostolicâ, tenore præsentium concedimus, & elargimur. Et insuper, vt fideles prædicti ad easdem ecclesias, vel earum alteram, causa huiusmodi remissionis, & indulgentiæ consequendarum, prædictâ die pro tempore accedentes, earumdem remissionis & indulgentiæ capaces faciliùs effici possint; *Priori pro tempore existenti dictæ domus de Sancto Maximino, deputandi authoritate Apostolicâ tot Confessores idoneos, sæculares, vel Ordinum quorumcumque regulares, quot sibi necessarij videbuntur; qui die præfatâ fidelium eorumdem in prædictis Ecclesiis, & domibus, ac earum ambitibus, confessiones audire, illisque auditis, ipsos & eorum quemlibet, ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque enormibus, nisi talia fuerint, propter quæ Sedes Apostolica ex quauis causâ specialiter vel generaliter esset meritò consulenda,) absoluere & eis pœnitentiam salutarem iniungere valeant, plenam & liberam eisdem authoritate & tenore, potestatem concedimus, & etiam facultatem, præsentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.* Volumus autem

& authoritate prædictâ decernimus, quod præsentium litterarum transumpto manu publici Notarij subscripto, & sigillo alicuius Episcopalis, aut alterius superioris Ecclesiasticæ Curiæ sigillato, vbique fides adhibeatur, & illis stetur in omnibus & per omnia, sicuti eisdem præsentibus staretur, si forent originaliter exhibitæ vel ostensæ. DATVM Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo; Calendis Augusti; Pontificatus nostri Anno sexto. Infra signatum Q. Griffis, gratis, de mandato sanctissimi Domini nostri Papæ. Signatum I. Despinosis. In duplicato, de Spada.

DIXIÉME BVLLE du Pape Innocent VIII.

Par laquelle, à la priere du Roy Charles VIII. Roy de France, Successeur des Comtes de Prouence, & en cette qualité Fondateur & Patron du Conuent de S. Maximin; Il confirme & donne de nouueau toutes les choses cy-deuant accordées par les Bulles des Papes Boniface VIII. Martin V. & Eugene IV. qu'il rapporte mot à mot. Et de plus, donne pouuoir au Prieur de S. Maximin, de benir toute sorte d'ornemens, de reconcilier l'Eglise, de donner dimissoires, & d'appeller tel Euesque qu'il iugera à propos, pour conferer les saints Ordres; soit à ses Religieux, soit aux Clercs de son territoire; & de receuoir d'eux les saintes Huiles. Cette Bulle est de 1489. l'an 6. de son Pontificat.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei: Ad perpetuam Rei memoriam. Benignitas Apostolicæ sedis consueta, ea quæ per Romanos Pontifices, pro religionis conseruatione, & augmento; ac personarum sub ipsius suaui jugo Altissimo famulantium pace & quiete,

proinde facta fuisse comperit, libenter approbat, & innouat, eisque Apostolici muniminis robur adiicit, de nouoque concedit, & aliàs eorum statui prouidet, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Dudùm siquidem à Fœlicis Recordationis Bonifacio Octauo, & Martino Quinto, & Eugenio Quarto Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, emanarunt litteræ, quarum tenores in quibusdam transumptis publicis, per dilectum Filium Clementem, de Coreis Officialem Auenionensem, Decretis, & Bullâ plumbeâ consuetâ Curiæ Officialatus Auenionensis, munitis, quæ in Cancellariâ nostrâ diligenter inspici, & examinari fecimus, inserti reperiuntur, & eosdem tenores ex dictis transumptis fideliter extracta de verbo ad verbum præsentibus annotari fecimus, qui tales sunt. *Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei*, Charissimo in Christo Filio Carolo Regi Siciliæ illustri: Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ob tuorum excellentiam meritorum, &c. *vt suprà.* Datum Laterani Octauo idus Aprilis, Pontificatus nostri Anno primo. *Bonifacius Episcopus, seruus seruorum Dei*; venerabili Fratri Episcopo, Massiliensi salutem & Apostolicam Benedictionem. Ob excellentiam meritorum; quibus Charissimi in Christo Filij nostri Caroli Siciliæ Regis illustris sublimitas dignoscitur insignita, petiones ipsius, &c. *vt suprà.* Datum Laterani septimo Aprilis Pontificatus nostri Anno primo. *Martinus Episcopus, seruus seruorum Dei*, ad perpetuam rei memoriam. Ad ea ex Apostolicæ seruitutis nobis iniunctæ desuper Officio libenter intendimus, per quæ Ecclesiarum omnium, & præsertim Romanæ Ecclesiæ immediatè subjectarii, &c. *vt suprà.* Datum Romæ apud S. Petrum Sexto Nonas Martij, Pontificatus nostri Anno septimo. *Eugenius Episcopus, seruus seruorum Dei*, ad perpetuam rei Memoriam. Rationi congruit, & conuenit honestati, vt ea quæ de Romani Pontificis gratiâ processerunt, licet eius superueniente obitu, litteræ Apostolicæ super illis expeditæ non fuerint, &c. *vt suprà.* Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, Idus Martij, Pontificatus nostri Anno primo. Quare pro parte tam Charissimi in Christo Filij nostri Caroli Francorum Regis illustris, quam Dilectorum Filiorum, Prioris & Fratrum domus beatæ Mariæ Magdalenæ, *Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectæ*, loci sancti Maximini Ordinis Fratrum Prædicatorum, Aquensis Diœcesis, nobis fuit humiliter supplicatum, vt litteras prædictas,

pro illorum ſubſiſtentiâ firmiori, approbare & innouare, & de nouo concedere, aliaſque in præmiſſis oportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui quorumlibet Religioſorum locorum commodum & vtilitatem, ac perſonarum in illis ſub ſuaui contemplationis iugo, Altiſſimo famulantium, pacem & quietem ſinceris deſideriis exoptamus; Priorem & Fratres præfatos, eorumque ſingulos, à quibuſcumque Excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine, quâuis occaſione, vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſingulas litteras prædictas quatenus ſint in vſu, authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium *Approbamus, innouamus, & de nouo concedimus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinuiſſe, & obtinere decernimus. Et quia aliquando contingit, Eccleſiam & Cimeterium dictæ Domus per effuſionem ſanguinis, vel ſeminis violari, Priori pro tempore exiſtenti præfato, quod Eccleſiam & Cimeterium huiuſmodi, quoties oportunum fuerit, aquâ priùs per aliquem Catholicum Antiſtitem (vt moris eſt) benedictâ, reconciliare, ac mappas, veſtes, & alia ornamenta, ac paramenta Eccleſiaſtica ad diuinum cultum neceſſaria, & deputata in Eccleſiâ dictæ Domus benedicere, ac quoſcumque Epiſcopos Catholicos gratiam & Communionem dictæ ſedis habentes, ibidem tranſeuntes, rogare, requirere, & inuitare, vt omnes etiam Sacros Ordines Religioſis dicti Prioratus, ac alijs Clericis, & ſcholaribus eidem Prioratui ſubditis, conferant. Prior quoque & Fratres præfati, chriſma & oleum ſanctum, à quibuſcumque Catholicis Epiſcopis, ipſis ſponte concedere volentibus recipere, Fratres etiam & Clerici, ac Scholares prædicti, à quibuſcumque maluerint Catholicis Antiſtibus, gratiam & Communionem dictæ ſedis habentibus, ad omnes etiam ſacros ordines, ſtatutis à iure temporibus, ſe promoueri facere; ac eiſdem Antiſtibus, vt illos ad huiuſmodi ordines promouere liberè ac licitè valeant, dictâ authoritate deſtitutis, dono gratiæ Indulgemus:* Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis quoque, & conſuetudinibus Domus & Ordinis Prædicatorum, iuramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quâuis firmitate aliâ roboratis, nec non omnibus illis; quæ præfati Prædeceſſores in litteris præfatis voluerunt nonobſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbatio-

nis, innouationis, concessionis, constitutionis, & indulti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius; se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quadringentesimo octuagesimo nono, Octauo Calendas Martij, Pontificatus nostri Anno sexto. Signatum Cl. Palbissen. XL. de Maffeis, A. de Maffeis. Pro Io. Rr. jo de Regio. I. de Alterij. I. Martel. Et supra plicam P. de Perreria. Et sigillatum in plumbo cum Cordulis sericeis.

ONZIE'ME BVLLE du mesme Pape Innocent VIII.

Par laquelle, à la priere du Roy Charles VIII. le Pape donne pour Iuges & Conseruateurs des Priuileges des Religieux de S. Maximin, les Archeuesques d'Auignon & d'Arles, & l'Euesque de Senés : en vertu de laquelle Bulle, qui est de 1489. l'an 6. de son Pontificat, ledit Euesque de Senés commet & subdelegue en sa place, les Preuosts d'Auignon, de Marseille, & de Barjoulx; ensemble les Officiaux d'Auignon, d'Arles, & de Grasse : Et les Sieurs Guillaume de Puget, & Loüis Cornilhe, Chanoines de l'Eglise Cathedrale d'Aix : Ladite Bulle & Commission registrées aux Archiues Royaux de la Chambre des Comptes, & du Conseil Royal de Prouence, ainsi qu'il s'ensuit.

ELZIARIVS Dei & Apostolicæ sedis gratiâ Episcopus Senencensis, iudex, executor, & conseruator iurium & Priuilegiorum, venerabilibus & Religiosis viris Priori, & Conuentui sancti Maximini Ordinis Fratrum Prædicatorum Aquensis Diœcesis per sanctam sedem Apostolicam concessorum, vnâ cum quibusdam aliis nostris in hâc parte Collegis, cum illâ clausulâ, vos vel duo aut vnus vestrum, per vos vel alium, seu alios, & authoritate Apostolicâ specialiter

ſpecialiter deputatus. Vniuerſis & ſingulis præſentes litteras inſpecturis, viſuris, lecturis, ac etiam audituris, ſalutem in Domino, & præſentibus fidem indubiam adhibere. Litteras ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini Innocentij diuinâ prouidentiâ Papæ Octaui, cum cordula canapis eius vera Bulla plumbea impendente bullata, ſanas quidem & integras, non viciatas, non cancellatas, nec in aliquâ earum parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione exiſtentes, vt primâ facie apparebat, nobis pro parte venerabilium & Religioſorum virorum Prioris, & Conuentus, Eccleſiæ ſancti Maximini, Ordinis Fratrum Prædicatorũ, Aquenſis Diœceſis, coram Notario publico, & teſtibus infra ſcriptis, preſentatas, noſque cum ea, quâ debuit reuerentiâ, recepiſſe noueritis, huiuſmodi ſub tenore.

Innocentivs Epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei, venerabilibus Fratribus Arelatenſi, Auenionenſi Archiepiſcopis, ac Epiſcopo Senecenſi: Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Militanti Eccleſiæ licet immeriti, diſponente Domino præſidentes, circa Curam Eccleſiarũ, & Religioſorum locorum omnium, *Præſertim Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectorum*, ac perſonarum in illis ſub ſuaui Iugo religionis degentium, ſolertiâ reddimur indefeſſâ ſolliciti; vt iuxta debitum Paſtoralis officij, eorum occurramus diſpendiis, & profectibus diuinâ cooperante clementiâ, ſalubriter intendamus. Sanè dilectorum Filiorum Prioris, & Fratrum, Domus beatæ Mariæ Magdalenæ *Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubiectæ, Ordinis Fratrum Prædicatorum, loci S. Maximini*, Aquenſis Diœceſis, conqueſtione percepimus, quod nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, aliique Eccleſiarum Prælati, & Clerici, ac Eccleſiaſticæ perſonæ, tam religioſæ quàm etiam ſæculares, necnon Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Laïci, communia ciuitatum, vniuerſitates oppidorum, caſtrorum, villarum, & aliorum locorum, & aliæ ſingulares perſonæ ciuitatum, Diœceſis, ac aliarum partium diuerſarum, occuparunt & occupari fecerunt, caſtra, villas, & alia loca, terras, domos, poſſeſſiones, iura, & iuriſdictiones, nec non decimas, fructus, cenſus, redditus, & prouentus ſacriſtiæ dictæ Domus, & nonnulla alia bona, mobilia & immobilia, ſpiritualia & temporalia ad dictam Sacriſtiam, ac aliàs ex diuerſis priuilegiis Apoſtolicis ad licitos vſus Fratrum dictæ Domus, legitimè ſpectantia, & ea detinent indebitè occupata, ſeu ea detinentibus, præſtant auxilium, conſilium, vel fauorem, ac etiam priuilegia, libertates,

& exemptiones dictæ Domui, ac religiosis & personis illius dudùm per diuersos Romanos Pontifices prædecessores nostros concessa, perturbare, ac penitùs auferre, & Parochianos eis ratione Ecclesiæ dictæ Domus, quæ etiam *Parochialis existit*, subjectos impedire conantur. Nonnulli etiam ciuitatum ac Dioecesum, ac partium prædictarum, qui nomen Domini in vacuum recipere non formidant, eisdem Priori, & Fratribus, ac Parochianis, nec non seruitoribus dictæ Domus, ac colonis, super prædictis castris, villis, & locis, aliisque domibus, possessionibus, iuribus, & iurisdictionibus, decimis, fructibus, censibus, redditibus, & prouentibus eorumdem, & quibuscumque aliis bonis mobilibus, & immobilibus, spiritualibus & temporalibus, ac aliis rebus ad sacristiam, & licitos vsus Fratrum dictæ Domus spectantibus, multiplices molestias, & iniurias, & minas inferunt, ac iacturas. Quare, tam dicti Prior & Fratres, quam Charissimus in Christo Filius noster Carolus Francorum Rex illustris, dictæ Domus Patronus, nobis humiliter supplicarunt, vt cum eisdem, ac Parochianis, seruitoribus, & Colonis prædictis, valdè reddatur difficile, pro singulis querelis, ad Apostolicam sedem habere recursum, prouidere ipsis super hoc paternâ diligentiâ curaremus. Nos igitur aduersus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, & iniuriatores huiusmodi, volentes eisdem Priori & Fratribus, ac seruitoribus, & parochianis, Colonis, & eorum cuilibet, remedio subuenire, per quod ipsorum compescatur temeritas, & aliis, aditus committendi similia præcludatur; Fraternitati vestræ, per Apostolica scripta mandamus, quatenùs vos, vel duo, aut vnus vestrum, per vos, vel alium, seu alios, etiamsi sint extra loca in quibus deputati estis *Conseruatores & iudices, præfatis Priori & Fratribus, ac seruitoribus, & colonis, ac eorum cuilibet efficacis deffensionis præsidio assistentes, non permittatis eosdem super his & quibuslibet alijs bonis & iuribus, ad Priorem & Fratres, parrochianos, colonos, & seruitores prædictos, & eorum quemlibet, tam ratione dictæ Domus, quàm personarum suarum, & aliis vt præfertur pro tempore spectantibus, nec non libertatibus, exemptionibus, priuilegijs prædictis, ab eisdem, vel quibuslibet aliis indebitè molestari*, vel eis, grauamina seu damna, vel iniurias irrogari, factis, dictis, Priori & Fratribus, seruitoribus, Parochianis, & colonis, & eorum cuilibet, cùm ab eis vel procuratoribus suis, seu eorum aliquo fueritis requisiti, de prædictis, & aliis personis quibuslibet, super restitutione huiusmodi

castrorum, villarum, terrarũ, & locorum aliorum, iurisdictionum, iurium, & bonorum mobilium, & immobilium, redituum quoque, & prouentuum, & aliorum quorumcumque bonorum, ac *Exemptionum, libertatum, & priuilegiorum huiusmodi violatione,* necnon de quibuslibet aliis molestiis, iniuriis, atque damnis, præsentibus & futuris, in illis videlicet, quæ iudicialem requirunt indagationem, summariè & de plano, sine strepitu, & figura iudicij. In aliis verò, prout qualitas eorum exegerit, iustitiæ complementum, occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, iniuriatores, & violatores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, vel conditionis extiterint, quandocumque & quotiescumque expedierit, authoritate nostrâ per censuram Ecclesiasticam, appellatione postpositâ, compescendo, inuocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij sæcularis; & nihilominùs, legitimis super his habendis, seruatis processibus, illos quos censuras & pœnas per vos pro tempore latas incurrisse noueritis, declarandi, & quoties opus fuerit iteratis vicibus aggrauandi; & si per summariam super ijs per vos habendam, vobis constiterit, quod ad loca, in quibus occupatores, detentores, præsumptores, molestatores, violatores, & iniuriatores huiusmodi, ac alios, quos præsentes litteræ concernunt, pro tempore morari contigerit, pro monitionibus ipsis & citationibus de eis faciendis, tutus non pateat accessus: Nos vobis, citationes & monitiones quaslibet, per edicta publica locis affigenda publicis, & partibus illis vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad Notitiam Citatorum, & monitorum eiusmodi, peruenire valeat, faciendi, plenam & liberam in earumdem tenore pręsentium concedimus facultatem: ac volumus & prædictâ authoritate decernimus, quòd monitiones, & citationes huiusmodi ligent ipsos monitos, & citatos, perinde ac si eis personaliter & præsentialiter insinuatæ & intimatæ legitimè extitissent. Non obstantibus, tam Fœlicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris nostri, in quibus cauetur ne aliquis extra suam ciuitatem, & Diœcesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à fine suæ Diœcesis, ad iudicium euocetur, seu ne Iudices & Conseruatores à Sede deputati prædictâ, extra ciuitatem & Diœcesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alijs vel aliis vices suas committere, aut aliquos vltra vnam dietam à fine Diœcesum earumdem, trahere præsumant, vt de duabus

dictis in Concilio generali edita, ſed quod tàm de aliis, quàm de manifeſtis iniuriis & violentiis, & aliis quæ iudicialem requirunt indaginem, pœnis in eos ſi ſecùs egerint, & iiſdem procurantes edictis, Conſeruatores nullatenùs ſe intromittant; quàm aliis quibuſcumque conſtitutionibus, à Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tam de Iudicibus delegatis, & Conſeruatoribus, quàm perſonis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis, aut aliis editis, quæ noſtræ poſſent in hâc parte, iuriſdictioni aut poteſtati, eiuſdem libero exercitio quomolibet obuiare; ſeu ſi aliquibus communiter vel diuiſim, à prædictâ ſede ſit indultum, quòd excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, ſeu extra, vel vltra certa loca, ad iudicium euocari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum, de indulto huiuſmodi, & eorum perſonis, locis, ordinibus, & nominibus propriis mentionem, & quâlibet aliâ dictæ ſedis Indulgentiâ generali, vel ſpeciali, cuiuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, noſtræ iuriſdictionis explicatio, in hac parte valeat quomodolibet impediri, & de quâ, cuiuſque toto tenore de verbo ad verbum, habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Cæterum volumus, & authoritate Apoſtolicâ decernimus, quòd quilibet veſtrum proſequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans, nullo fuerit canonico impedimento præpeditus: quodque à datis præſentibus, ſit vobis & vnicuique veſtrum in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis, cœptis & non cœptis, præſentibus & futuris, perpetua poteſtas & iuriſdictio attributa, vt eo vigore, eâque firmitate, poſſitis in præmiſſis omnibus, cœptis & incœptis, præſentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia, & ſingula, coram nobis cœpta fuiſſent, in contrarium edita non obſtantia, præſentibus futuris temporibus valituris. Verum, quia difficile foret, præſentes litteras ad ſingula quæque loca, in quibus expediens fuerit deferre; *Volumus, & authoritate Apoſtolicâ decernimus, quod earum tranſumptis, manu publici Notarij inde rogati, ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ Eccleſiaſticæ in dignitate conſtitutæ, aut Curiæ Eccleſiaſticæ, ſeu Prioris & Fratrum Prædicatorum, munitis, ea prorſus in iudicio & extra, & alibi videlicet fides habeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ.* Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono, ſexto Nonas Octobris, Pontifica-

tus nostri Anno sexto. Cato C. Io. De Meadris. P. De Seuilla. Ant. De Maffris. L. De Fiemo. A Meonticha pro executis pro. C. Mu. De Maffris. L. De Allozenis. A De Petra.
expositi fuerunt ducati quinquaginta quatuor. B. Condrancy. N. Boneuenture. Pro A. De Cortesis. Rale. Post quarum quidem præinsertarum litterarũ Apostolicarum pręsentationem, & receptionem, nobis & per nos, vt præmittitur factas, quia propter regimen & administrationem Ecclesiæ Senecensis, cui ex dispositione præfatæ Sedis residemus, & alia ardua negotia quibus continuò occupamur, non valemus dictarum litterarum executioni intendere, fuimus pro parte prædictorum Dominorum Prioris & Conuentus, cum instantiâ requisiti debitâ, quatenùs subconseruatores & iudices iurium & Priuilegiorum prædictorum, loco nostrum facere, creare, & deputare, ac alia in præmissis iuxta dictarum litterarum finem & tenorem, opportunè prouidere de benignitate Apostolicâ dignaremur.

Nos igitur Elziarius Episcopus, Iudex, Executor, & Conseruator præfatus, antedictam requisitionem huiusmodi iustam fore, & rationi consonam attendentes, quodque iusta petentibus non est denegandus assensus, confidentesque de vestrâ scientia, vitæ ac morum honestate, legalitate, probitate, ac idoneitate, super quibus venerabiles & circumspecti viri Domini Præpositi Auenionensis, Massiliensis & Barjolensis, Officialesque Auenionensis, Arelatensis & Grassensis, atque Guillelmus de Pugeto, & Ludouicus Cornilhia, decretorum Doctores, Canonici Aquenses, fide digno testimonio, multipliciter commendantur; idcircò authoritate Apostolicâ, nobis in hâc parte commissâ & quâ fungimur, eosdem Dominos præpositos Auenionensem, Massiliensem, & Barjolensem, necnon Officiales Auenionensem, Arelatensem, & Grassensem, & Guillelmum de Pugeto, ac Ludouicũ Cornilhia, Canonicos Aquenses, licet absentes tanquàm præsentes, & eorum quēlibet in solidum, omnibus melioribus modo, viâ, iure, causâ, & formâ, quibus meliùs, tutiùs, & efficaciùs de iure possumus & debemus, subconseruatores, subexecutores, & Iudices iurium, priuilegiorum prædictorum, facimus, creamus, nominamus, & deputamus, ac omnē Iurisdictonē, & vices nostras, nobis per insertas litteras attributas, in eos & eorũ quēlibet prorsùs & omninò transferimus & transportamus. Declarantes præterea, quòd si forsan contingat, nos aliàs officium Conseruatoris huiusmodi aliquo modo exercere, non intendimus propterea,

ſubconſeruatorū huiuſmodi deputationē in aliquo reuocare, niſi de reuocatione ipſâ ſpecialem,& expreſſam fecerimus mentionē: Nec per huiuſmodi litteras noſtris prędictis in aliquo præiudicia- re Collegis, quorum ipſi vel eorum alter in officio ſubconſerua- toris procedere valeant,prout ipſis, vel eorum alteri,viſum fuerit expedire. In quorum omnium & ſingulorum fidem, & teſtimo- nium præmiſſorum, præſentes exinde fieri per Notarium prædi- ctum infraſcriptum ſubſcribi & publicari mandamus, ſigillique noſtræ Curiæ iuſſimus & fecimus appenſione communiri. Datum & actū Seneſij: videlicet apud Caſtellum Epiſcopale, in præſen- tiâ & teſtimonio nobiliū, venerabiliumque,& diſcretorum viro- rum Ludouici de Villa-Nouâ, Fratris eiuſdē Reuerendi Domini Senecenſis Epiſcopi. Antonij Simonis. Ioan. de Boutincourt Preſbyterorum. Ludoui. Richardi de Thoro & magiſtri Petri Maty de Barrema teſtium ad præmiſſa vocatorum & aſſumpto- ri, Anno à natiuitate Domini, milleſimo quadringenteſimo no- nageſimo, & die vigeſima menſis Martij. Sigillat. Epiſcopus Senecenſis, Iudex & Conſeruator præfatus. Farbi. A tergo eſt.

Enregiſtrement de la preſente Bulle aux Archiues de la Chambre des Comptes & du Conſeil Royal de Prouence.

Anno Incarnationis Domini, milleſimo quingenteſimo trigeſi- mo primo & die vigeſima tertia menſis Nouembris, fuit huiuſ- modi tranſumptum litterarum,mandato magnificorum domino- rum Præſidis Computorum, & Magiſtrorum Rationaliū Archi- uatū in regiis& Prouincialibus Archiuiis,& in Regiſtro Sagittarij fol. 182. per me Balthazarum Alberti Secretarium Rationalem- que & Archiuarum Regium ſubſignatum. B. Alberti. Et in alia carta ibidem. Aymarius de Pictauia, Miles, Dominus de ſancto Valerio, Conſiliarius, & Cambellanus Chriſtianiſſimi Domini noſtri Caroli Dei gratiâ Francorum Regis, Comitatuum Pro- uinciæ, & Forcalquerij, ac terrarum eis adiacentium Comitis, & pro eodem in eiſdem comitatibus, & terris, Magnus Seneſcal- lus. Vniuerſis ducimus ſignificandum, quod viſis Bullis Apoſto- licis conſeruatoriis, Reuerendo Patri Priori & venerabilibus & Religioſis Fratribus, ſeruitoribus, Parochianis, & Colonis Con- uentus Regalis beatæ Mariæ Magdalenæ ſancti Maximini con- ceſſis, ſub datum Romæ Anno Incarnationis Dominicæ, mille- mo quadringenteſimo octuageſimo nono. 6. Non. Oct. tenoribus earū perceptis,placet nobis,& volumus quòd Bullæ ipſæ exequā- tur in ſingulis earū punctis, nihil omittendo. Datum Tharaſconi, ſub noſtræ propriæ manus ſubſcriptione die 13. menſis Decēbris, Anno Natiuitatis Domini 1489. Aymarius de Pictauia. Viſa.

Procursius iudex Major Gratis. Per dictum Dominum magnum Prouinciæ Senescallum, in regio Consilio. Boycelli. Registrata. Recasis.

DOVZIÉME BVLLE du Pape Leon X.

Par laquelle, il confirme tous les Priuileges, & Exemptions dudit Conuent de S. Maximin. Elle est de 1519. l'an 7. de son Pontificat.

LEo Episcopus, seruus seruorum Dei, Dilectis Filiis Priori & Fratribus domus beatæ Mariæ Magdalenæ de sancto Maximino, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Aquensis Diœcesis, *Nobis ac Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectæ*: Salutem & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est & honestum, tàm vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino Filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates & immunitates à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, siue per priuilegia, vel alia indulta, vobis & Domui vestræ concessas, nec non libertates & exemptiones sæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, ac aliis Christi fidelibus, vobis & Domui vestræ huiusmodi rationabiliter indultas, sicuti eas iustè & pacificè possidetis, vobis & per vos eidem Domui authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo decimo nono, Calendis Iulij, Pontificatus nostri Anno septimo. In replicato est: De Medinas.

TREIZIE'ME BVLLE du Pape Adrian VI.

Par laquelle, il met de nouueau les Prieur & Religieux de S. Maximin, ſous la protection du S. Siege : & confirme tous leurs Priuileges & Exemptions ; & en particulier, ceux des Papes Boniface VIII. Martin V. Eugene IV. Sixte IV. Innocent VIII. & autres. Elle eſt de l'an 1523. le 1. de ſon Pontificat.

ADRIANVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis Filiis, Priori & Fratribus domus B.M. Magdalenæ loci ſancti Maximini, Ordinis Fratrum Prædicatorum, Aquenſis Dioeceſis : ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, Dilecti in Domino Filij, veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras, & locum, in quo, diuino eſtis officio mancipati, cum omnibus bonis quæ in præſentiarum rationabiliter poſsidetis, & in futurum iuſtis modis præſtante Domino poteritis adipiſci, *ſub B. Petri poteſtate ſuſcipimus, atque veſtra, omnes quoque libertates & immunitates à Fœlicis Recordationis Bonifacio VIII. Martino V. Eugenio IV. Sixto etiam Quarto, Innocentio Octauo, & aliis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris,* ſiuè per Priuilegia, Indulgentias, vel alia indulta, vobis & Domui veſtræ conceſſas ; nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus, ac aliis Chriſti fidelibus, vobis & eidem domui rationabiliter indultas ; ſpecialiter autem cenſus, fructus, reditus, & prouentus, domos, hortos, vineas, campos, prata, paſcua, terras, nemora, ſyluas, piſcarias, aquarum decurſus, molendina, poſſeſſiones, grangias, iura, iuriſdictiones, & nonnulla alia mobilia & immobilia bona ad dictam Domum, quæ ex Priuilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, obtinere poteſt, legitimè ſpectantia, ſicuti ea omnia iuſtè & pacificè poſsidetis ; vobis

&

& per vos Domui vestræ authoritate Apostolica confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ susceptionis, confirmationis, & communitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis, Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. DATVM Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo vigesimo tertio 4°. Nonas Aprilis. Pontificatus nostri Anno primo. In replicato est Leo Valtriny R. M. Lanis, Ly. du Viuier. D. Scaputius.

DECLARATIONS DES ARCHEVESQVES d'Aix, par lesquelles ils reconnoissent qu'ils n'ont aucune Iurisdiction dans la Ville & territoire de S. Maximin: & que la charge des ames en appartient au Prieur dudit S. Maximin, conformément aux Bulles des Souuerains Pontifes: suiuant quoy, ils ordonnent à leurs Officiaux de ne plus vser du mot de Mandamus, *ou* præcipimus, *mais de ceux de* rogamus, *ou* requirimus, *dans les lettres Monitoires qu'ils enuoyeront à S. Maximin, pour y estre publiées: Lesdites Declarations registrées aux archiues de la Chambre des Comptes de Prouence. La premiere est du 26. Ianuier de l'an 1319. Elle contient ce qui s'ensuit.*

VNIVERSIS præsentes litteras inspecturis; PETRVS diuinâ permissione Aquensis Archiepiscopus, Salutem in Domino sempiternam. Noueritis quod cum Officialis noster Aquensis, præcipiendo mandasset pluries Religioso viro Priori Fratrum Ordinis Prædicatorum in Conuentu Sancti Maximini curam animarum habenti, & eius Vicariis, modo quo aliis Ecclesiarum Rectoribus, & Vicariis nostræ Diœcesis in talibus præcipi consueuit, vt quasdam citationes seu sententias executioni debitæ demandaret, & illi exemptionis Apostolicæ priuilegium allegantes, prædictis præceptis & mandatis obedire hactenus recusassent; Tandem dicti Prior & Vica-

rij per procuratorem idoneum ad noſtram præſentiam accedentes, nobis curialiter obtulerunt, quod quamuis ad hæc minimè teneantur, tamen pro reuerentiâ & bono pacis & concordiæ, nec non amore juſtitiæ, (ne alias impediretur, ſeu etiam retardaretur,) parati erant de merâ gratiâ, non ex debito, nec de jure, quotieſcumque ex parte noſtrâ ſeu officialium noſtrorum fuerint amicabiliter requiſiti, citationes & alias juris executiones, & denunciationes facere, quæ infra terminos ſuæ parochiæ fuerint faciendæ; proteſtando pro toto tempore futuro, & pro omnibus & ſingulis vicibus, quibus eos per ſe vel per alios prædicta, ſeu horum ſimiliam, & quæcunque alia, ſub quibuſcunque verbis ex parte noſtra, vel officialium noſtrorum qui pro tempore fuerint ſibi ſcripta facere eos contigerit in futurum, quod non tanquam ſubdicti nobis, nec volentes ſe de nouo ſubjicere, nec priuilegio ſuæ exemptionis in aliquo derogare illa facient, ſicut dictum eſt ſemper de merâ gratiâ non de jure: nos humiliter requirentes, quod prædictâ oblatione contenti ſimus, de cætero caſibus dumtaxat exceptis in quibus exempti de jure Diœceſanis ſubjiciuntur quantâcunque exemptionis gaudeant libertate, quodque proteſtationi eorum prædictæ, noſtrum benignius præſtare dignaremur aſſenſum cum noſtrarum teſtimonio litterarum. Nos igitur attendentes, quod priuilegia per ſuperiores conceſſa, per inferiores non poſſunt, nec debent aliquatenus infringi iuxta canonicas ſanctiones, Apoſtolicæ etiam Sedi præfatum priuilegium concedenti debitam reuerentiam exhibentes, eorum iuſtis petitionibus inclinati, præfatâ ſuâ oblatione ſic factâ contenti, priuilegiis prædictis, ſeu eorum alicui derogare nullatenus intendentes, per quamcunque requiſitionem ſub quâcunque formâ verborum, eis de cætero, noſtro vel noſtrorum, officialium nomine intimandam, nec per quodcunque aliud dictum, ſcriptum, ſeu factum in eos contra tenorem priuilegiorum ſuorum iuriſdictionem aliquam nobis acquirere, nec etiam vſurpare; ſed eorum iura ac priuilegia ſemper quantum in nobis fuerit ſeruare, & ſeruari facere perpetuo illibata: in cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Actum Auenioni ſub anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo nono, die vigeſima ſexta menſis Ianuarij, indictione ſecundâ, Pontificatus ſanctiſſimi Patris Domini Ioannis diuinâ prouidentiâ Papæ vigeſimi ſecundi Anno tertio.

La seconde est du 1. Nouembre 1322. qui commence,

IACOBVS Diuinâ permissione Aquensis Archiepiscopus, &c.

La troisiesme est du 26. Nouembre 1354. qui commence,

ARNAVDVS Diuinâ permissione Sanctæ Aquensis Ecclesiæ Archiepiscopus, &c.

Mais comme ces deux Declarations sont en tout semblables à la premiere; l'on ne les met point icy.

La quatriesme est du 26. Octobre 1415. Elle contient ce qui suit.

THOMAS miseratione Diuinâ Sanctæ Aquensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Vniuersis & singulis præsentes litteras inspecturis, visuris, & audituris, Notum facimus, quod cum Officialis noster Aquensis præcipiendo mandasset pluries Religioso Viro Priori Fratrum & Conuentus Ordinis Prædicatorum in Ecclesia B. Mariæ Magdalenæ Villæ Sancti Maximini nostræ Aquensis Diœcesis, curam animarum habenti, eiusque Vicariis seu Capellanis Curatis, modo quo aliis rectoribus & Curatis Ecclesiarum Diœcesis nostræ Aquensis, in talibus præcipi consueuit, quod quasdam citationes seu sententias executioni debitæ demandarent, & illi priuilegium Apostolicum exemptionis allegantes prædictis præceptis & mandatis obedire recusassent; tandem Religiosus Vir Frater Garcias de Falcibus procurator idoneus & sufficiens dicti Prioris & Conuentus, habens ad hoc sufficiens mandatum, vt nobis de eodem oculatâ fide, fidem fecit, ad nostram præsentiam accedens, nobis curialiter obtulit pro parte dictorum suorum principalium, quod quamuis ad hæc minimè teneantur, obstante Priuilegio Apostolico, tamen pro reuerentiâ nostrâ, & pro bono pacis & concordiæ, nec non & amore iustitiæ, ne alias impediretur, seu etiam tardaretur, parati erant de merâ gratiâ & libertate, non ex debito, nec de iure, quotiescunque ex parte nostrâ, seu Officialium nostrorum fuerint amicabiliter requisiti citationes, monitiones, & alias iuris executiones & denunciationes facere, quæ infra terminos suæ Parochiæ fuerint faciendæ, protestando quod toto tempore futuro, pro omnibus & singulis vicibus, quibus eos per se vel per

alios prædicta, seu horum similia, & quæcunque alia sub quibuscunque verbis, ex parte nostrâ vel Officialium nostrorum, qui pro tempore fuerint sibi scripta, facere eos contigerit in futurum, quod esset contra priuilegium Apostolicum concessum, quæ ad præmissa præcepta de quibus fuit altercatio, quod non tanquam subditi nobis, nec volentes se de nouo subjicere, nec priuilegio exemptionis eorum in aliquo derogare; de quo dictus procurator claram nobis fecerit fidem, originale priuilegium coram nobis exhibendo; illa facient sicut dictum est, semper de merâ gratiâ, non de iure; persolutis curatis prædictis de eorum labore modo consueto; Nos humiliter ex parte Prioris & Conuentus prædictorum requirens, quod de præfatâ oblatione contenti simus, de cætero quoque protestationi suæ prædictæ nostrum benignum præstare dignaremur assensum, cum nostrarum testimonio litterarum Notariique attestatione. Nos igitur attendentes, quod priuilegia per superiores concessa, per inferiores non possunt, nec debent aliquatenus infringi iuxta canonicas sanctiones, etiam Apostolicæ Sedi præfatum priuilegium concedenti debitam reuerentiam exhibentes, nec non etiam contemplatione gloriosæ Mariæ Magdalenæ, cuius corpus est in dictâ Ecclesiâ reconditum, iustis petitionibus eius inclinati, præfatâ suâ oblatione sic factâ contenti, priuilegiis prædictis seu eorum alicui derogare nullatenus intendentes, per quamcunque requisitionem, sub quâcunque formâ verborum, eis de cætero nostro vel nostrorum Officialium nomine intimandam, nec per quodcumque aliud, dictum, scriptum seu factum, in eos contra tenorem priuilegiorum suorum iurisdictionem aliquam nobis acquirere, nec etiam vsurpare; sed eorum iura & priuilegia semper quantum in nobis fuerit seruare, & seruari facere perpetuo illibata, præcipuè cum oculatâ fide vt dictum est, viderimus & prospexerimus in priuilegio Fœlicis Recordationis D. Bonifacij Papæ octaui, dictis Priori & Conuentui concesso, inter cætera clausulam sequentem, continentem videlicet, *& quod ratione dictæ Curæ Prior seu Presbyteri supradicti iurisdictioni Diœcesani in nullo penitus sint subjecti, nec teneantur sibi, nec alij reddere rationem:* &c. vnde volumus, & præsentium tenore ordinamus, ac omnibus & singulis Notariis dictæ Curiæ nostræ, tam ad ciuilia, quam ad criminalia deputatis, præcipiendo mandamus, quatenus in omnibus & singulis litteris, tam nostro quam Officialium nostrorum nominibus in futurum emanandis, *In dictâ Parochiâ Sancti*

Maximini exequendis, nullo modo ponant Præcipimus *aut* Mandamus, *cum in dictâ Parochiâ de iure vt præmittitur, nullam habeamus potestatem eiſdem præcipiendi, vel mandandi; ſed ſcribant* Requirimus: & ſi contrarium per dictos Notarios fuerit ſcriptum contra noſtram prohibitionem, in futurum tales litteræ in præfatâ Parochiâ per dictum Priorem aut Curatos nolumus exequantur, nec executioni demandentur. In quorum omnium fidem & teſtimonium, præſentes litteras, ſeu præſens publicum inſtrumentum, per Notarium & Secretarium noſtrum infra ſcriptum fieri fecimus, noſtrique Pontificalis ſigilli appenſione iuſſimus roborari. Datum & actum Aquis in domo habitationis noſtræ; videlicet in camera noſtrâ ſecretâ. Die vigeſimâ ſextâ Octobris Anno 1415. octauæ indictionis, præſentibus Venerabilibus & circunſpectis Viris. Dominis Ioanne Putatoris decretorum Doctore Priore de Bedoino, Nicolao de Puppio, Canonico Aquenſi & Barjolenſi, Fratre Raymundo Pandulfi Magiſtro in ſacrâ paginâ Ordinis Minorum, D. Petro de Mornalis Baccalaureo in legibus, & Paulo Franciſco Scutifero, & familiaribus noſtris teſtibus ad hæc vocatis. Ego vero Matthæus de Puppio, ciuis habitator Aquenſis apoſtolicâ authoritate Notarius ac Secretarius præfati Domini Aquenſis Archiepiſcopi ſuæque Archiepiſcopalis Curiæ ſcriba, præmiſſis conceſſioni, ordinationi, inhibitioni, & præceptis, ac aliis omnibus & ſingulis ſupradictis, dum ſic vt præmittitur ordinarentur, agerentur, & fierent, vna cum prænominatis teſtibus præſens perſonaliter interfui, & præſentes litteras, ſeu præſens publicum inſtrumentum, de mandato ſupradicti Domini Archiepiſcopi manu propriâ ſubſcripſi, & ſigno meo conſueto ſignaui, vna cum appenſione Pontificalis ſigilli eiuſdem Domini Archiepiſcopi, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum. Et à tergo habetur, Anno Incarnationis Domini milleſimo quadringentiſimo octuageſimo ſeptimo, & die octaua menſis Iunij, huiuſmodi litteræ fuerunt mandato Magnificorum Dominorum Magiſtrorum Rationalium regiſtratæ, & archiuiatæ, in Regiis Prouinciæ archiuiis in ciuitate Aquenſi exiſtentibus, & in libro ſiuè regiſtro Pellicani, folio eiuſdem centeſimo ſeptimo, & paginatæ per me Anthonium Signerij regium Secretarium, rationalemque & archiuarium infra ſignatum, qui hæc ſcribi feci, & ſigno meo manuali ſignaui, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum. A. Signerij, Arch. pro Cura.

Il y a pareille declaration faite par Antoine Bremond Official d'Aix, du 4. Nouembre 1343. conceüe en mesmes termes que la precedente.

Acte, par lequel l'Archeuesque d'Aix reconnoist qu'il n'a aucune Iurisdiction dans S. Maximin.

NOVS Archeuesque d'Aix sous-signez, entrant dans l'Eglise des Peres de S. Dominique de cette ville de S. Maximin, auec nostre Croix au deuant; declarons n'entendre rien entreprendre sur leurs droicts & Priuileges, ny rien attenter sur iceux. Fait en ladite Ville ce quatorziesme Avril mil six cens trente-quatre. Signé LOVIS, Archeuesque d'Aix.

PERMISSION DONNÉE PAR LE PRIEVR de S. Maximin à Armand Archeuesque d'Aix, de celebrer Pontificalement dans l'Eglise de S. Maximin, le tout sans préjudice de l'exemption portée par les Bulles des Souuerains Pontifes. Elle est exprimée en ces termes.

ANNO Incarnationis Domini millesimo trecentesimo quadragesimo, die vigesima prima mensis Nouembris. Notum sit cunctis præsentibus, & futuris, quod existens in præsentiâ Reuerendi in Christo Patris & Domini D. Armandi diuina miseratione Aquensis Archiepiscopi, Religiosus vir Frater Milo Milonis, Ordinis Prædicatorum, & Prior Ecclesiæ & Conuentus Fratrum Prædicatorum Sancti Maximini; dixit & proposuit coram eo, quod quidem D. Armandus Aquensis Archiepiscopus semper fuit, & est Pater prædicti Ordinis, & habet & semper habuit in honorem & reuerentiam gloriosissimam Magdalenam: quare nunc, & alias, quandocunque sibi placuerit facere Officia Archiepiscopalia in Ecclesiâ ipsius gloriosissimæ Magdalenæ, ea de gratia speciali ipse possit & valeat in ea facere, sine tamen & absque læsione & præjudicio, ac diminutione etiam Priuilegiorum ejusdem Ecclesiæ, & Conuentus: petens sibi quidem D. Prior pro se & Conuentu prædicto, de prædictis omnibus & singulis, fieri instrumentum publicum,

& publica etiam instrumenta, per me Guillelmum de Sancto Maximino Notarium subscriptum. Actum in Sancto Maximino in domo hæredis Guillelmi Masaucij hostalerij, in præsentiâ & testimonio Guillelmi Talardi, Magistri Isnardi Bruni pistoris, & Branquamqui Gossoleni de Sancto Maximino testium vocatorum, & rogatorum. Et mei Guillelmi de Sancto Maximino authoritate Regia Notarij publici, qui requisitus de prædictis hoc publicaui instrumentum, subscripsi, & signo meo solito signaui. Paraffé.

LETTRES MONITOIRES CONFORMES

aux Declarations precedentes, des années 1447. le 6. Septembre 1449. le 4. Iuin 1451. le 26. Octobre 1473. le 18. Ianuier 1488. le 2. de Mars 1488. le 21. Mars 1490. le 8. & 27. Mars, &c. desquelles l'on se contente de mettre celle qui suit.

OFFICIALIS Aquensis, Capellanis, Curatis & non Curatis villæ Sancti Maximini & aliis infra Ciuitatem & Diœcesim Aquensem constitutis & ipsorum cuilibet insolidum salutem in Domino sempiternam. Instante & requirente Nobili Antonio de Cruce argentario quondam Serenissimi Principis Regis Renati hæredis quondam honestæ Mulieris Antonetæ Andebraniæ iam dictæ villæ Sancti Maximini. *Vobis de Sancto Maximino nobis non subditis requirimus & rogamus*, cæteris vero nobis subditis *Præcipimus & Mandamus*, quatenus prædictos habitatores nostri ex parte citetis & adjornetis, &c. Datum Aquis die secunda mensis Martij, anno Natiuitatis Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo. Chabrolati. v. Officialis pro Richelmi. G. Arnaudi.

Registrées par Maistre Vigiacij, Notaire Royal de S. Maximin le 9. de Mars de l'an 1487, Signé P. Vigiacij. Paraffé.

BVLLES ET DISPENSES DE LA LEGATION d'Auignon registrées au Parlement de Prouence, & addressées au Prieur de S. Maximin, comme Vicaire Apostolique, & ordinaire dudit lieu executées par le Religieux commis par ledit Prieur pour desseruir la Cure dudit S. Maximin.

COSMVS Bardus, ex Comitibus Verini Sanctæ Ecclesiæ Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Carpentoratensis; Illustrissimi & Reuerendissimi Domini D. Francisci, miseratione diuinâ Sanctæ Agathæ S. R. E. Cardinalis Diaconi Barbarini; in Ciuitate Auenionensi, & toto Comitatu Veneissino, pro Sanctissimo Domino nostro Papa, & sancta Sede Apostolica, in spiritualibus & temporalibus Vicarij Generalis: & in illis ac Viennensi, Ebrodunensi, Arelatensi, Aquensi, Narbonensi, Prouinciis, illisque adiacentibus terris, & locis ejusdē sedis, de latere Legati, Vicarius Generalis & Vicelegatus. *Venerabili viro, Priori Conuentus ordinis Sancti Dominici, villæ Sancti Maximini in Prouincia Prouinciæ, nullius Diœcesis, Vicario in spiritualibus à sancta Sede Apostolica inibi deputato: Salutem in Domino sempiternam.* Sedes Apostolica: cujus authoritate in hac parte fungimur, nonnunquam rigorem iuris, mansuetudine temperat; & quod Sacrorum Canonum instituta prohibent, de benignitatis gratia indulget, &c. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ, authoritate Apostolica sufficienti ad id à Sede Apostolicâ præfatâ facultate muniti: harum serie committimus & mandamus, quatenus si ita est, & quod dicta Anna: &c. Datum Auenioni in Palatio Apostolico, die 14. Iunij 1627. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, D. Vrbani diuinâ prouidentia Papæ Octaui, anno quarto.

Autre du mesme Vice-Legat.

COSMVS Bardus, ex Comitibus Verini, &c. Eiusdem Sedis à latere Legati Vicarius Generalis & Vicelegatus. *Reuerendo in Christo Patri Priori Conuentus Fratrum Prædicatorum, villæ S. Maximini*

Maximini in Prouincia Prouinciæ nullius Diœcesis, Vicario in spiritualibus à sanctæ Sede Apostolica inibi deputato: salutem in Domino sempiternam. Apostolica Sedes, cuius authoritate in hac parte fungimur, recurrentibus ad eam cum humilitate filiis, post excessum libenter se propitiam exhibet, atque benignam. Exponi si quidem nobis fecerunt dilecti nobis in Christo, N. N. & N.N. ambo villæ Sancti Maximini *nullius Diœcesis*, quod ipsi alias mutuo amore capti, certisque bonis respectibus, ignorantes tunc aliquod inter eos subesse impedimentum quominus matrimonialiter copulari possent; matrimonium inter se, per verba de præsenti, contraxerunt: Illudque in facie S. Matris Ecclesiæ (vt moris est) solemnisarunt, ac demum carnali copula consummarunt: Nuper vero à nonnullis didiscerunt, se quarto consanguinitatis gradu, mutuò esse coniunctos, &c. Nos igitur, dictorum exponentium, animarum saluti, quantum cum Deo possumus, consulere cupientes, huiusmodi supplicationibus inclinati; discretioni tuæ, Apostolica authoritate sufficienti, ad id à sede præfata, facultate muniti, harum serie committimus & mandamns, quatenùs si ita est, & quod dicta N. ab aliquo propterea rapta non fuerit: & aliud Canonicum non obstet impedimentum, &c. Datum Auenioni, in Palatio Apostolico, die quinta mensis Aprilis, anno Incarnationis Dominicæ 1628. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Vrbani diuinâ prouidentia Papæ octaui, anno quinto.

Semblables Bulles ont esté adressées au mesme Prieur de S. Maximin, par les Vice-Legats d'Auignon, Marius Philonardus, Iulius Mazarinus, & Fredericus Sfortia, és années 1633. 1636. & 1640. Registrées au mesme Parlement de Prouence, & executées de mesme maniere que les precedentes.

LETTRE DV ROY CHARLES VIII.

Par laquelle il ordonne à son Procureur d'Auignon, de faire garder son droit de Patronage, sur le Conuent de S. Maximin; & de faire joüir le Prieur dudit S. Maximin, de son exemption, & d'interuenir au procez intenté pour ce sujet, contre l'Archeuesque d'Aix. Elle est en ces termes.

A Nostre Chier & bien Amé Conseillier & Procureur en Auignon Maistre Estienne Tartuli Docteur en chascun Droict. De par le Roy. Chier & bien Amé, Nous croyons que assez estes aduerty, comment par priuilege exprés par le Saint Siege Apostolique donné aux Prieur & Conuent de l'Eglise Monsieur Saint Maximin en nostre Comté de Prouence, ils sont exempts, ensemble les Curez ayant la cure des ames de ladite Eglise, tant de la iurisdiction de l'Archeuesque d'Aix, que de toute autre; & que aussi le droict de Patronage du Prieur de ladite Eglise nous appartient, le cas de vacation aduenant. Nonobstant laquelle exemption, nostre amé & feal Conseillier l'Archeuesque d'Aix, qui à present est, a voulu entreprendre sur icelle exemption, & auec ce, nous troubler en la ioüissance de nostredit Patronage. A cause de quoy procés est meu, ou espere de mouuoir, entre nostre Procureur en Prouence pour nostre interest, & lesdits Prieur & Conuent, d'vne-part; & ledit Archeuesque d'Aix, d'autre. Et pour ce que auons ceste matiere à cœur, & desirons icelle expediée, & nostre droict de Patronage nous estre gardé, & ladite exemption estre obseruée, ainsi que de tout temps a esté fait sans empeschement: Nous vous prions, tres-acertés, que comme nostre Procureur en Auignon, vueilliez prendre la charge & poursuitte de ladite matiere & procés; & y faite en maniere, que en puissions à nostre entention auoir bonne expedition; ainsi que desirons; & vous nous fairés agreable plaisir. DONNÉ au Plessis du Parc lez Tours, le XI. iour de May. Signé CHARLES. Et plus bas, MENON, Auec paraffe.

ARREST CONTRADICTOIRE DV *Conseil Souuerain de Prouence, du 11. Decembre 1488. Par lequel il est commandé à l'Archeuesque d'Aix, de leuer dans trois iours, l'interdict fulminé contre les Habitans de S. Maximin; à peine de saisie de son temporel.*

AYMARIVS de Pictauiâ Miles, Dominus de Sancto Valerio, Consiliarius & Cambellanus Christianissimi Principis, & Domini nostri Domini Caroli, Dei gratiâ Francorum Regis, & pro eo in comitatibus Prouinciæ & Forcalquerij terrisque illis adjacentibus, Magnus Senescalus, Officialibus curiæ Regiæ ordinariæ huius Ciuitatis Aquensis, necnon Elzeario Dagoli, aliàs Colombi vice ostiario Regio Palatij, & cuilibet vel loca tenenti eorumdem fidelibus regiis, nobisque dilectis salutem. Quamquàm litteris & nuntiis gratiosè requisitum, quinimmò & rogatum fecerimus Reuerendissimum in Christo Patrem, & Dominum Archiepiscopum Aquensem, vt multiplices excessus per suam Archiepiscopalem Curiam, in vehementem offensam & vsurpationem Regiæ iurisdictionis commissos, corrigere, & per suas spirituales jurisdictiones, vltra modum laxatas, retrahere deberet; hoc tamen facere, non contentus suis terminis contempsit, de quo valdè miramur: nam primùm ad captiones personales regiorum subditorum, quæ nulli Diœcesano, maximè in hâc regiâ ditione, sine inuocatione brachij sæcularis, iure hoc testante, competunt procedere, sine inuocatione ipsâ. Tùm & secundò, quamuis Iudæj sint penitùs à suâ jurisdictione spirituali exempti, ac sub protectione regiâ & de peculio regio positi, tentat totis viribus de excessibus per ipsos Iudæos commissis, cognoscere, volendo illorum correctionem sibi, & suæ jurisdictioni appropriare, licet ad id per nos prohibitus. Tum & tertiò, *quamquam Conuentus Ecclesiæ Sancti Maximini sit Regius, & de fundatione regiâ, & propterea ex suis multiplicibus Priuilegiis tàm Papalibus quàm Regiis, nobis exhibitis, quæ eum non latent, penitùs à sua Archiepiscopali jurisdictione exemptus, ita quod non licet sibi, suis litteris, vel aliàs quoque modo imperare, seu præcipere illius conuentualibus, aut familiaribus, seu seruito-*

ribus, præcipuè cum dictus Conuentus & illius cognitio solùm ad Principem, tanquàm illius Patronum, authoritate Apostolicâ, & proprietarium, sequestratâ cujusuis alterius cognitione, procul dubio spectat: Nihilominùs suis litteris voluit & tentauit eisdem præcipere, & non valens consequi ab eis tentatam obedientiam, interdictum in Villâ ipsâ in manifestam offensam ipsorum Priuilegiorum, turbando non solùm quietem publicam ipsius vniuersitatis, quinimmò & deuotionem, quæ ferè ex totâ christianitate habetur ad prædictam Ecclesiam, & illius Sanctam Balmam, imponere veritus non est: quæ cùm sint maligna, & omninò contra mentem & dispositionem Regiam, ac contra suæ fidelitatis juramentum, in eius homagio præstitum, quo iurauit non esse in damno Domino nostro Regi de suâ Iustitiâ & Iurisdictione, atque sint impeditura prædictæ deuotionis, & Romipetâgij, quod incessanter per christicolas ex omnibus ferè orbis partibus fit ad Ecclesiam ipsam, quod impedimentum in se importat scandalum & inestimabile præjudicium dictæ Ecclesiæ, ipsiusque Villæ, & successiuè huic Patriæ. Igitur non intendimus ampliùs tolerare, seu vlteriori dissimulatione pertransire, sed ea penitùs pro conseruatione Regiæ jurisdictionis, ex nostro incumbenti officio, propulsante Domini Procuratoris Regij Fisci querela, reparare remediis opportunis, iuxta casus exigentiam. Volumus, & vobis per præsentes authoritate Regiâ quâ fungimur, cum dicti Regis consilij deliberatione committendo mandamus, quatenùs illicò præsentiam dicti Domini Archiepiscopi vbicumque sit adire procuretis, quâ habita sibi ad pœnam fidelitatis, Captionis, ac Annotationis totius suæ temporalitatis ad manus Regiæ Curiæ, præcipiatis vt prædictos excessus penitùs reparet, nec ampliùs procedere, directè vel indirectè ad aliquam Captionem personalem, regiorum subditorum, sine inuocatione brachij secularis, præsumat nusquàm cognoscere, aut se intromittere de delictis per Iudæos commissis, nec non penitùs reuocet infra triduum interdictum prædictum, ad excludendum vlteriorem dictæ deuotionis & quietis publicæ turbam, & tollat omne eius arrestum, & omne impedimentum in bonis fructibus, & reditibus dicti Conuentus, & illius familiarium & seruitorum, quomodolibet per suam Curiam Archiepiscopalem appositum; intimantes ei expressè, quòd si præmissa reparare & dictum interdictum intra ipsum tempus tollere, & nos, seu dictum Regium Consilium de huiusmodi sic fiendâ reparatione, & dicti interdicti reuocatione informare distulerit,

procedetur infalibiliter ad ipſam captionem, & annotationem totius ſuæ temporalitatis, pro conſeruatione Regiæ iuriſdictionis, & bono reipublicæ, & illius quietis, & præcipuè ad excludendum impedimentum, & præiudicium, de quibus ſuprà, præſentibus debitè executis, reſtitutis, præſentatis. Datum Aquis, per Magnificum virum Dominum Ioannem Renatis, iurium Licentiatum, magnæ Regiæ Curiæ Magiſtrum rationalem, Regiumque Conſiliarium, & fidelem dilectum. Has noſtro mandato in abſentia Domini Iudicis maioris Prouinciæ, ſignantem, die vndecima menſis Decembris, anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo octauo. Per dictum Dominum Regium Magnum Seneſcalum ad Regij conſilij relationem: Dominis Cancellario iudice primarum, Renati Magiſtro rationali præſidente, Cameræ aduocatus fiſcalis & pauperum, de Luco Durandy, de Ponteues, Dangelo, Nicola, & aliis Regiis Conſiliariis præſentibus. Regiſtrata. Decaſis, gratis pro Curiâ.

Il y a vne autre Sentence contradictoire, donnée le 14. Septembre 1489. par Meſſire Guillaume Suauis, Chanoine de Pignans, Prieur de Seiſſon & de S. Pierre de Tourués; Commiſſaire deputé par le Vice-Legat d'Auignon: par laquelle l'Archeveſque d'Aix eſt debouté de la pretenſion qu'il auoit ſur les Dixmes du territoire de S. Maximin, & les Religieux, comme ordinaires, ſont maintenus dans la joüiſſance deſdites Dixmes. Cette Sentence eſt produite au procez. Imprimée page 69.

ARREST DV PARLEMENT D'AIX, donné ſur les Concluſions de Monſieur le Procureur General audit Parlement, le 18. Nouembre 1630. Par lequel il eſt ordonné, que les PP. Capucins qui auoient obtenu Lettres Patentes pour leur eſtabliſſement à S. Maximin, demanderont la permiſſion & conſentement au Chapitre du Conuent Royal de S. Maximin, comme à l'ordinaire du lieu.

Extaict des Regiſtres de Parlement.

SVR la Requeſte preſentée par l'œconome du Conuent Royal de la Ville de Saint Maximin, que ores que aucune Egliſe, ne autre Conuent puiſſe eſtre erigé dans ladite Ville, ſon

terroir & destroit, sans le gré, consentement & permission expresse du Chapitre dudit Conuenr, comme estant le vray Ordinaire, & en toute l'administration des saints Sacremens, & affaires spirituelles, par titres solemnels & authentiques de l'an mil quatre cens quatre-vingt & sept; & en suitte de cette possession antique & rescente, neantmoins est venu de nouueau à sa notice, que Lettres Patentes de sa Majesté ont esté émanées aux Reuerends Peres Capucins, de fonder & bastir vn Conuent de leur Ordre proche les murs de ladite Ville, & que sans ouyr ni appeller les suppliants, elles ont esté enregistrées és Registres de la Cour, & glissé dans icelles, que c'est par la permission & consentement du Sieur Archeuesque d'Aix, & encores des Peres dudit Conuent, bien qu'ils n'en ayent eu aucune connoissance, & cette narratiue du consentement dudit Sieur Archeuesque, prejudicieroit tout à fait, au droict dudit Conuent, auquel seul, comme dit est, appartient ladite permission : dont afin que telles Lettres ne puissent alterer ne préjudicier à ses droicts, desireroit icelles faire declarer inualables, & ne pouuoir à jamais porter aucun préjudice audit Conuent, comme fondé en titre & en possession d'Ordinaire de spiritualité, de ladite Ville & son terroir, & lesdits Peres Capucins & autres quelconques, ne se pouuoir aider desdittes Lettres, & sauf ausdits Peres Capucins de demander la permission au Chapitre dudit Conuent. VEV ladite Requeste du neufuiéme de ce mois de Nouembre, montrée à Pere Pierre Richard Capucin, en qualité de Commissaire deputé par le Prouincial de leur Ordre, pour l'establissement dudit Conuent, offrant au nom de son Ordre de prendre de nouueau la permission dudit Chapitre, de la construction dudit Conuent, à condition qu'il sera tenu de l'octroyer, auec protestation qu'en cas de refus, n'empeschera que Monsieur le Procureur General du Roy les fasse jouïr de ladite construction. Extraict desdittes Lettres Pattentes du douziéme Iuin mil six cens vingt-neuf, enregistrées le vingt-neufuiéme Octobre dernier : Deliberation de la maison commune, de la Ville de Saint Maximin du huictiéme Octobre, mil six cens vingt huict : que la place pour ladite construction sera acheptée par ladite Ville, aux despens de ladite Communauté, ainsi qu'ils verront bon estre, & sans que ladite Communauté entre en autres despences. Conclusions dudit Procureur General du Roy du douziéme de ce mois. Recharge à mesmes fins. Tout consideré. DICT A ESTÉ, que LA COVR

faiſant droict ſur ladite Requeſte, ſans s'arreſter auſdites Lettres Patentes dudit iour douziéme Iuin mix ſix cens vingt-neuf, en ce que concerne les conſentemens y deſignez, A ORDONNE' ET ORDONNE, que leſdits Peres Capucins, pour la conſtruction & edifice dudit Conuent, en demanderont la permiſſion & conſentement, au Chapitre du Conuent Royal, de ladite Ville de Saint Maximin, pour, ſuiuant iceluy conſentement, accommencer & faire ledit Edifice, dudit Conuent. Publié à la barre du Parlement de Prouence, ſceant à Aix, le dix-huictiéme Nouembre, mil ſix cens trente. Signé ESTIENNE.

